UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00296389 0

BL
25
R37
Bd.4
Heft 1

Religionsgeschichtliche Versuche
und Vorarbeiten.
Bd.4, Heft 1.

BL
25
R37
Bd.4
Heft 1

Religionsgeschichtliche
Versuche und Vorarbeiten

herausgegeben
von
Albrecht Dieterich und Richard Wünsch
in Heidelberg in Königsberg i. Pr.

IV. Band 1. Heft

Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus

scripsit

Henricus Schmidt

ALFRED TÖPELMANN
(vormals J. Ricker'sche Verlagsbuchhandlung)
GIESSEN 1907

Für Großbritannien und seine Kolonien:
WILLIAMS & NORGATE, 14 Henrietta Street, Covent Garden, LONDON W. C.
Für Amerika: G. E. STECHERT & Co., 129—133 West 20th St., NEW YORK

I. Band

ATTIS

seine Mythen und sein Kult

von

Hugo Hepding

1903 232 Seiten ℳ 5.—

Ce travail est un excellent début pour les *Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten* publiés sous la direction de M. M. Dieterich et Wünsch. L'auteur a réuni tous les texts littéraires et épigraphiques relatifs à Attis, et, se fondant sur cette collection de matériaux, il expose les diverses formes du mythe, dont l'amant de Cybèle est le héros, l'histoire du culte phrygien en Asie, en Grèce et à Rome, et il insiste en particulier sur la constitution des mystères et la célébration des tauroboles. L'auteur est au courant de toutes les recherches récentes sur le sujet qu'il traite, mais il ne se borne pas à en résumer les résultats, il fait souvent des trouvailles heureuses et expose des idées personnelles avec une clarté qu'on souhaiterait trouver toujours dans les études d'histoire religieuse. Bien que je ne partage pas certaines de ces idées (ainsi il considère encore l'inscription d'Abercius comme païenne), son ouvrage bien conçu et bien rédigé me paraît être une excellente contribution à l'histoire du paganisme romain. Il aurait sans doute gagné encore en valeur s'il avait utilisé davantage les monuments figurés, et si, au lieu de séparer Attis de la Magna Mater, il avait considéré dans son ensemble le culte phrygien, mais il est toujours injuste d'exiger d'un auteur plus qu'il n'a voulu donner.

Franz Cumont in der Revue de l'instruction publique en Belgique.

II. Band
1. Heft

Musik und Musikinstrumente im alten Testament

von

Hugo Greßmann

1903 34 Seiten ℳ —.75

Greßmanns kleine Schrift gehört unbestreitbar zu den besten Arbeiten, welche über das von ihm behandelte Thema erschienen sind . . . Lit. Zentralbl., 1904 No. 12.

II. Band
2. Heft

De mortuorum iudicio

scripsit

Ludovicus Ruhl

1903 77 Seiten ℳ 1.80

Vorliegende Arbeit bietet eine, wie der Philologie und Religionsgeschichte, so auch der Volkskunde hochwillkommene Zusammenstellung der literarischen und monumentalen Zeugnisse des klassischen Altertums über die Vorstellungen von einem Gerichte, dem sich die Seelen aller Verstorbenen in der Unterwelt unterwerfen müssen. Zugleich wird, soweit dies noch möglich ist, der historische Zusammenhang und der Fortschritt in der Entwicklung dieser Vorstellungen aufgezeigt. . . . Ein äußerst dankenswerter Exkurs führt endlich noch aus, welche Rolle die Vorstellung von einem Buche des Gerichtes, das von den verschiedensten Persönlichkeiten geführt wird, bei den Alten gespielt hat.

G. Lehnert in den Hessischen Blättern für Volkskunde, Bd. 3 Heft 1.

Fortsetzung auf der 3. Umschlagseite.

BL
25
R37
Bd. 4
Heft 1

697556

Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus

scripsit

Henricus Schmidt

GISSAE
IMPENSIS ALFREDI TOEPELMANNI
MCMVII

RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN

herausgegeben

von

Albrecht Dieterich in Heidelberg und Richard Wünsch in Königsberg i. Pr.

IV. Band 1. Heft

697556
21.3.59

SIGOFREDO SVDHAVS

PAVLO WENDLAND

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/pt1religionsgesc04berluoft

De precibus veterum multi scripserunt viri docti, quorum ex numero nuper Carolus Ausfeld[1] privatas imprimis preces, quae quidem inveniantur in diverbiis poetarum tragicorum et comicorum, perquisivit. Post Carolum Ausfeld precationes veterum novissimus investigavit Conradus Ziegler (De precationum apud Graecos formis quaestiones selectae, Diss. Vratislav. 1905), qui formam imprimis observavit, cum ego, quomodo senserint et iudicaverint de precibus philosophi, exponere conatus sim.

Atque antiquissimae quidem precationes in carminibus Homeri reperiuntur, in quibus quicunque precatur, quasi negotium conficit, tamquam lucrum facere volt. Quod autem in universum G. Kaibel (Sophocl. El. p. 282) ita expressit: *Gebet und Erhörung verhalten sich wie Leistung und Gegenleistung*, apud Homerum imprimis valet. Homines enim deos aut admonent, quot victimas, hostias, libationes acceperint, aut se sacrificaturos pollicentur, pro quibus dei gratiam referre iubentur. Ut igitur donis acceptis dei obligati sunt, ita accipiendis illiciuntur et admoventur, ut succurrant hominibus. Quod genus precationum simplicium, ut nonnulla exempla afferam, invenitur

---

[1] De Graecorum precationibus quaestiones, *Jahrb. f. klass. Philol. Suppl.-Bd.* 28, 1903. Eos, qui egerunt de precibus, enumerat C. Ausfeld p. 505, quibus addo, quos omisit: P. Chételat, De precatione apud poetas gr. et lat., 1877; Fr. Jacobs *Verm. Schr.* III p. 107 sqq.; Döllinger, *Heidenthum u. Judenthum* p. 199 sqq. Ceteroquin velim conferas A. Dieterich *Arch. f. Religionswissensch.* VIII (1905) p. 484 sqq. — Priorum auctorum hos affero: Matthaeus Brouerius de Niedeck, De populorum veterum ac recentiorum adorationibus dissertatio . ., Amstd. 1713; Stäudlin *Geschichte der Vorstellungen u. Lehren von dem Gebete*, 1824 p. 135—168.

Il. I 37, quo loco Chryses, Apollinis sacerdos, precatur: *Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', . . . | . εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα* [1], | *ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα | ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ* [2], similiter Nestor Il. IX 497 sqq. opinatur fieri posse, ut dei consilium mutent, dummodo multa dona accipiant: *Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί* [3], | *τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ τιμή τε βίη τε· | καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσιν* [4], | *λοιβῇ τε κνισῇ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι | λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ* [5].

Pura atque honesta mente opus esse, ut deus preces exaudiat, hic nullo loco commemorari videmus. Immo facile apparet Graecos Homeri temporibus persuasum habuisse, ut C. Ausfeld recte dicit, formam pactionis cuiusdam inter homines et deos stabilitam videri, qua deus officio quodam obligetur donis antea acceptis, ut precantes audiat eorumque preces expleat, tamquam si foedus factum sit, in quo manere ille debeat.

Verum enim vero septimo et sexto a. Chr. n. saeculo Graeci de deo mundoque et natura hominis subtilius meditari coeperunt. Licet in Homeri carminibus multa reperiantur, quae ad popularem de rebus divinis sensum notionesque simpliciores pertineant, procedente opusculo sententias philosophorum investigabimus ad religionem spectantes, quae opinionibus vulgi saepe contrariae sunt. Imprimis Homeri fabulas philosophi im-

---

[1] Cf. Od. III 380 sqq.; Il. I 503 sqq.: *Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα | ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ . . . .*; Od. XVII 240; IV 763; Il. XV 372. Cf. Ausfeld l. c. p. 526 sqq.

[2] In haec verba Maximus Tyrius invehitur, Diss. XI 7, secundum quem numen est *ἄστρεπτον καὶ ἀτενὲς καὶ ἀπαραίτητον*. Cavillatur poetam cum quaerit: *Τί ταῦτα, ὦ ποιητῶν ἄριστε; λίχνον καὶ δωροδόκον τὸ θεῖον, καὶ μηδὲν διαφέρον τῶν πολλῶν ἀνθρώπων;*

[3] Istum ipsum versum vituperat Porphyr. ep. ad Aneb. c. 5; Maxim. Tyr. XI 3; Iamblich. de myster. lib. VIII 8; Hierocles, alii.

[4] In hunc versum invehitur Plato Pol. 365 E (364 D sq.), qui multis aliis locis tales sententias impugnat. Cf. infra p. 11.

[5] Porphyrius etiam tertio p. Chr. n. saeculo hanc turpem deorum opinionem reiecit: de abst. II 60; ad Marc. 19; cf. verba Hieroclis Stoici Stob. I 53; Seneca, nat. quaest. VII 1: *quamvis munera et deos vincant*; proverbium erat *δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας*, cf. Otto *Die Sprichwörter u. sprichwörtl. Redensarten der Römer*, s. v. munus.

pugnabant, quas falsas turpesque esse intellexerant[1]. Velut Heraclitus pravas precantium opiniones refellit (fr. 5 Diels): *... καὶ τοῖς ἀγάλμασι δὲ τουτέοισιν εὔχονται ὁκοῖον εἴ τις δόμοισι λεσχηνεύοιτο*[2]. Democritus homines admonet, ut ipsi libidines coerceant neve a dis valetudinem precentur (fr. 234 Diels): *Ὑγιείην εὐχῆισι παρὰ θεῶν αἰτέονται ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασιν· ἀκρασίῃι δὲ τἀναντία προήσσοντες αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγιείης τῆισιν ἐπιθυμίῃισιν γίνονται.* Similis est Diogenis Cynici sententia, Diog. L. VI 2, 28: *Ἐκίνει δ' αὐτὸν καὶ τὸ θύειν μὲν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνεῖν.* His verbis similis est locus Persii sat. II 41—43: *Poscis opem nervis corpusque fidele senectae | esto. age. sed grandes patinae tuccetaque crassa | adnuere his superos vetuere Iovemque morantur.* Propinqua sunt, quae Philostratus vit. Apoll. I 9 narrat. Adulescens enim, qui ab Aesculapio valetudinem petebat, vino deditus, quamquam hydrope laborabat, helluo gurgesque in convivio luxuque tempus terebat. Quam ob rem neglegebatur ab Aesculapio. Quod conquestum eum deus Apollonium adire iussit, quocum hoc modo collocutus est. Adulescens: *„Τί ἂν" ἔφη, „τῆς σῆς σοφίας ἐγὼ ἀπολαύσαιμι; κελεύει γάρ με ὁ Ἀσκληπιὸς ξυνεῖναί σοι."* Apollonius: *„Ὁ ...*

[1] Cf. Xenophanes fr. 11, 12, 14 sqq. D. Ex posterioribus philosophis plerique priorum exemplum sequebantur, ut Plato, Epicurus (fr. 228, 229 Us.: *μωρολογήματα Ὁμήρου, ὀλέθρου μύθων δέλεαρ*), Philodemus (Zeller *Gesch. der Phil.* III 1 p. 428, 1), Philo, qui contumelias immoderatas in poetas dictas e libris Epicureorum hausit, cf. P. Wendland *Philos Schrift über die Vorsehung* p. 58—59.

[2] Cf. Origenes c. Cels. VII 65—66. Lustrationes quoque et expiationes repudiabat Heraclitus: *Καθαίρονται δ' ἄλλως αἵματι μιαινόμενοι οἷον εἴτις ἐς πηλὸν ἐμβὰς πηλῷ ἀπονίζοιτο* (quae verba latine citantur apud Eliam Cretensem, quod non commemorat Dielsius. Cf. Baur *Tübing. Zeitschr. f. Theologie* 1832, 4. *Heft* p. 68). Cf. Zeller l. c. I 2 p. 731, 3: *Daß dieser Tadel nicht bloß dem Vertrauen auf das opus operatum der Opfer gilt, liegt am Tage; die Opfer selbst werden ja πηλός genannt.* Cf. ibid. p. 732 ann. — Heracliti fragmentum respicit Apollonius Tyanensis ep. 27. Praeterea cf. Leopoldum Schmidt *Die Ethik der alten Griechen* I p. 132: *In einer aus der hippokratischen Schule hervorgegangenen Schrift über die heilige Krankheit (Hippokr. II 328 C) fand es Tadel, daß man durch Blut und andere derartige Dinge — αἵματί τε καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοιούτοισι — diejenigen reinigen wolle, welche vielmehr in den Tempeln durch Opfer und Gebete die Götter erweichen müßten.*

ἔσται σοι πρὸς τὰ παρόντα πολλοῦ ἄξιον· ὑγιείας γάρ που δέῃ;“ *„νὴ Δί', εἶπεν, „ἦν γ' ὁ Ἀσκληπιὸς ἐπαγγέλλεται μέν, οὐ δίδωσι δέ.“ „εὐφήμει“, ἔφη, „τοῖς γὰρ βουλομένοις δίδωσι, σὺ δ' ἐναντία τῇ νόσῳ πράττεις· τρυφῇ γὰρ διδοὺς ὀψοφαγίαν ἐπεσάγεις ὑγροῖς καὶ διεφθορόσι τοῖς σπλάγχνοις καὶ ὕδατι ἐπαντλεῖς πηλόν“.*

Quibus posteriorum sententiis auctorum praesumptis, cum cohaereant cum Democriti dicto, et ad superiores revecti ad Euripidem nos convertemus, qui quia imbutus est philosophiae praeceptis ad rerum naturam pertinentibus nominandus et in primis audiendus est, cum agitur philosophorum de precationibus [1]. Euripides enim non solum poeta erat, ut Aeschylus et Sophocles, sed etiam philosophus, ut recte ab Athenaeo IV 48 p. 158 E. XIII 12 p. 561 A nominaretur *ὁ σκηνικὸς φιλόσοφος*, *scenicus philosophus* a Vitruvio VIII praef. 1[2]. Multis in rebus eum Heraclitum secutum esse demonstravit Guilelmus Nestle p. 5, qui dicit de Euripide: *In ihm vereinigen sich wie in einem Brennpunkt alle Strahlen griechischen Geistes, die in einem halben Jahrtausend von Homer bis auf Sokrates, von Jonien bis nach Groß-Griechenland aufleuchteten.* Itaque in hunc maxime quadrat, quod in universum scite adnotat Seneca ep. 8, 8: *Quam multi poetae dicunt, quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda.* In religione enim poeta novam atque suam protulit doctrinam [3].

Bonam piamque mentem et rectam voluntatem Euripides

---

[1] Imprimis Guilelmum Nestle *Euripides der Dichter der griechischen Aufklärung* (Stuttgardiae 1901) ducem sequor.

[2] Usque ad nostra tempora Euripides philosophus non satis aestimatus est, ne a Zellero quidem. Cf. U. de Wilamowitz, Analecta Euripidea p. 163.

[3] Novas preces reperimus Troad. 884 sqq.:

Ὦ γῆς ὄχημα καὶ πὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως εἴτε νοῦς βροτῶν,
Προσηυξάμην σε· πάντα γάρ, δι' ἀψόγου
Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνητ' ἄγεις.

Novas preces poeta ipse indicat, cum Menelaum ex Hecuba haec verba dicente quaerentem fecit:

Τί δ' ἔστιν, εὐχὰς ὡς ἐκαίνισας θεῶν;

maxime aestimat, neque interesse dicit, quanti sit, quod dis offeratur[1].

De precibus, quae apud Euripidem reperiuntur, G. Nestle agit p. 115 sqq. Quamquam multae apud eum preces exstant, tamen perpaucis locis poeta de precibus quid sentiat dicit, an utiles eas esse iudicet necne. Nonnullis locis mundum legibus aeternis et immutabilibus regi persuasum habens preces aspernari videtur[2], v. c. Suppl. 262: *Ὡς οὐδὲν ἡμῖν*[3] *ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.* Troad. 469 sqq.: *Ὦ θεοί· κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς συμμάχους, | ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεούς, | ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην*[4]. Troad. 1280 sqq.: *Ἰὼ θεοί· τί τοὺς θεοὺς καλῶ; | καὶ πρὶν γὰρ οὐκ ἤκουσαν ἀνακαλούμενοι.* Neque precibus neque sacrificiis homines quicquam a dis impetrare possunt (Ion. 347 sqq.), quibus oblatis omnino Euripides, quia cum dignitate et sanctitate deorum non conveniant, valde offenditur (fr. 794 N.).

Euripidis aetate homines operam dedisse, ut intellegerent preces quid essent, elucet cum ex operibus poetae ipsius tum ex eo, quod sophistae de precibus disputabant, ut Eryxia docemur dialogo Platoni supposito[5], quo Prodicus Ceus Athenis in Lyceo de divitiis orationem habens inducitur, quas aut bonum aut malum esse posse dicit. Petulans autem lingua adulescentulus sophistam interrogando urguebat et adducere

[1] Cf. fr. 946, fr. 327, 6 N. et Theophrasti complures locos similes (infra p. 19 sq.). Zeller l. c. II 1 p. 12 sq.: *Er* (Euripides) *weiß recht wohl, daß die Gottesfurcht des Armen mehr wert ist als die prunkenden Opfer manches Reichen.*

[2] De dubitationibus Euripideis, quae quidem ad religionem pertineant, Th. Gomperz *Griech. Denker* II p. 12 hoc modo loquitur: *Daß die in menschliche Schwächen und Leidenschaften getauchten Götter der Verehrung nicht würdig sind, das steht ihm freilich fest. Ob aber die der Verehrung würdigen, seinem Ideal entsprechenden Götter in Wahrheit existieren, das glaubt er zwar mitunter, nicht selten aber bezweifelt er es.*

[3] De precibus quae apud Euripidem inveniuntur cf. Bruns *Berl. phil. Wochenschr.* 1898 p. 899 sqq.

[4] Si precationes non exaudiuntur, re vera supervacaneum est et ineptum homines precari. Itaque preces pars fiunt bonorum morum (*σχῆμα*).

[5] O. Schrohl, De Eryxia qui fertur Platonis (Diss. Gotting. 1901), de tempore quo scriptus sit dialogus hoc modo iudicat p. 42: *non dubitamus quin dialogus non ante tertium saeculum conscriptus sit.*

conabatur, ut diceret preces supervacaneas esse, quoniam in omnibus rebus virtutem esse in homine imprimis interesset, virtus autem disci posset[1]. Et factum est, ut Prodicum, priusquam se preces non contemnere posset ostendere, gymnasiarchus e gymnasio expelleret, quia sophista non idonea (*εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δῆλον ὅτι μοχθηρά* p. 399 A) cum adulescentulis colloqueretur[2].

Ut Euripides Socrates quoque aequalis eius homines quasi e somno excitavit quassitque. Quantum autem fieri poterat, Socrates vetustum usum conservari volebat, aliter atque Euripides, qui in vulgares de deis opiniones acerrime invehebatur, cum Socrates in moribus atque institutionibus maiorum, in forma et genere caerimoniarum cultusque permaneret[3]. Socrates divino auxilio fretus[4] homines admonebat, ne bona corporis peterent a dis, sed bonam mentem, honestam, integram. Gravissimus omnium locus, quibus de religione precibusque Socratis opinio refertur, exstat Xen. Mem. I 3, 1 sqq.[5]. Hic deis confisus permisit, ut ipsi utilia darent, simpliciter bonum expetebat, cum di probe scirent, quid bonum esset quid malum, homines autem nescirent: *Καὶ ηὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι*[6], *ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας ὁποῖα*

[1] Cf. Maximus Tyrius, diss. XI 6.

[2] Cf. F. G. Welcker *Prodikus von Keos* (*Kl. Schr.* II 525 sqq.).

[3] *Νόμῳ πόλεως* deis gratias esse referendas Apollo dixerat, Xenoph. mem. IV 3, 16—17: *Νόμος δὲ δήπου πανταχοῦ ἐστι κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι. πῶς οὖν ἄν τις κάλλιον καὶ εὐσεβέστερον τιμώη θεοὺς ἢ ὡς αὐτοὶ κελεύουσιν οὕτω ποιῶν;* Cf. Cic. de legg. II 16, 40 et legem Draconis apud Porphyr. de abst. IV 22 servatam. Porphyr. ad Marc. 18: *Οὗτος γὰρ μέγιστος καρπὸς εὐσεβείας, τιμᾶν τὸ θεῖον κατὰ τὰ πάτρια.* Cf. Zeller III 2, p. 143, 6.

[4] Cf. Plato, Crit. p. 43 D: *Εἰ ταύτῃ φίλον τῷ θεῷ, ταύτῃ γενέσθω.* Cf. Epictet. diss. II 4, 21.

[5] Cf. Joel *Der echte und der Xenophontische Sokrates* p. 90—91: *Der Sinn der ganzen Stelle besagt: „es kommt nicht darauf an". Es kommt nicht darauf an, wie, nach welchem Spezialritus du die Götter verehrst* (I 3, 1). *Es kommt nicht darauf an, um was du im Gebet bittest* (I 3, 3). *Es kommt nicht darauf an, wie viel du opferst* (I 3, 3).

[6] Eisdem verbis Pythagoram precatum esse refert Diod. Sicul. X 98: *Ὁ αὐτὸς ἔφασκε δεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς ἁπλῶς εὔχεσθαι τἀγαθά.* Idem dicit aliis verbis Porphyrius ad Marc. ep. 13: *Ταῦτ' οὖν θέλε καὶ αἰτοῦ τὸν*

ἀγαθά ἐστι[1]. Non interesse magnum atque splendidum esse sacrificium[2], sed bonam mentem atque voluntatem sacrificantis sinceram[3]. Semper bonam mentem postulabat, qua bona fierent facta; reminiscamur illis ipsis temporibus Aeschylum ab Aristophane Cereri supplicantem induci his verbis (Ran. 886—87): *Δήμητερ, ἣ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, | εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων*[4].

Socrates multum precabatur[5]. Nihil fecit sine invocatione deorum, ut apud Xenophontem legimus Oecon. V 19—20, quo loco Socrates dicit, quia dei et bellicas et rusticas res regant,

---

θεὸν ἃ θέλει τε καὶ ἔστιν αὐτός. Apollonius Tyanensis hanc precationem, quippe quae optima esset, commendabat (Philostr. v. Ap. I 11): *Ὦ θεοί, δοίητέ μοι τὰ ὀφειλόμενα· ὀφείλεται γάρ που . . . τοῖς μὲν ὁσίοις τἀγαθά*. Cf. IV 40, 20, quo loco dicit se cuncta in unam precationem complecti: *Ὦ θεοί, δοίητέ μοι τὰ ὀφειλόμενα*.

[1] Cf. Valer. Max. (ed. Kempf), qui nostrum spectat locum VII 2 ext. 1: *Socrates humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendum a dis immortalibus arbitrabatur quam, ut bona tribuerent, quia ii demum scirent, quid unicuique esset utile.*

[2] Cf. Xenoph. Oecon. XI 5sqq., quo loco permutatur ratio.

[3] Cf. Xen. Mem. I 33. Hoc loco genuina Socratis sententia nobis occurrit. Quae ibidem I 4, 18; II 1, 28; IV 3, 17 referuntur, magis Xenophontis quam Socratis sunt, v. Joel l. c. I p. 94, 97sqq.

[4] Cf. Bruns *Das litterar. Porträt der Griechen* p. 165.

[5] Cf. Plato, Symp. 220D: *Ὃ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν, ἔπειτ' εὐχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ*. Qui quidem mos omnibus communis erat, cf. Plat. legg. 887E. Neque tamen, quamvis sublimis atque excelsa fuisse videatur Socratis precatio, nos effugiet et eam et multas aliorum philosophorum preces, quia generatim et in universum deos implorabant, singulis quibus opprimebantur curis et sollicitudinibus non communicatis cum dis, quasi non ipsorum proprias fuisse, sed, ut ita dicam, impersonales et proprietate carentes. Quo de vitio, quo laborabant preces philosophorum, cf. Joel I p. 91: *Wenn er* (Socrates) *betete, bat er die Götter „einfach um das Gute". . . . Wenn die besonderen Wünsche im Gebet wegfielen, so fielen ja wohl die besonderen persönlichen Anlässe zum Gebet weg und nur die allgemeinen blieben. . . . Euthydemos hat ganz Recht, wenn er nach Kenntnisnahme der Sokratischen Lehren sagt, er wisse nicht, was er sich von den Göttern erbitten solle. . . . Die allgemeine Formel im Gebet statt der besonderen Wünsche — das bedeutet zwar eine ethische Erhebung der Gottheit, aber eine Verflüchtigung des intensiv persönlichen Charakters des Gebets. Die Gottheit wird sehr groß durch diese sokratische Idee, aber zum König kommt man seltener als zum Vater.* Cf. ibid. p. 97.

et milites et agricolas per sacrificia auguriaque e deis exquirere oportere, quid sit faciendum, quid omittendum. Deinde pergit: *Εὖ γὰρ ἴσθι . . . ὅτι οἱ σώφρονες καὶ ὑπὲρ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καρπῶν καὶ βοῶν καὶ ἵππων καὶ προβάτων καὶ ὑπὲρ πάντων γε δὴ τῶν κτημάτων τοὺς θεοὺς θεραπεύουσιν*[1]. Quibus verbis Critobulus respondet Oecon. VI 1: *Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν κελεύων πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων*[2]. Virum excelsum et egregium Socrates se praestat, cum mortem obit et tranquillo laetoque animo cicuta mortifera exhausta deos precatur (Phaed. 117 B C). Restat, ut illam Socratis precationem addam, quae ob simplicitatem atque ingenuitatem animi vehementer nos permovet. Praecepto enim satisfaciens praeclaro, quo postulabat, ut bonum honestumque peterent homines, precatur ipse (Phaedr. 279 B C): *Ὦ φίλε Πᾶν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν. ἔξωθεν δ' ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια· πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν· τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.*

Qui aut deum esse negabant, ut Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus[3] aut in dubio relinquebant, ut Pro-

---

[1] Haec enumeratio Xenophontis est, qui vel in pulicis morsu deum invocaturus erat, non Socratis. Item Xen. Oecon. XI 8 Ischomachus, quem Socrates exemplar praedicat, bona corporis enumerat, a Socratis sententia plane abhorrens.

[2] De precibus Socraticis Maximi Tyrii verba digna sunt, quae legantur, diss. XI 8: *Ἀλλὰ σὺ μὲν ἡγεῖ τὴν τοῦ φιλοσόφου εὐχὴν αἴτησιν εἶναι τῶν οὐ παρόντων; ἐγὼ δὲ ὁμιλίαν* (cf. Clemens Alexandr. strom. VII 3, 854 Pott: *Ἔστιν οὖν ὡς εἰπεῖν τολμηρότερον ὁμιλία πρὸς τὸν θεὸν ἡ εὐχή*, quam paullo post *ἐνδιάθετον ὁμιλίαν* nominat; Gregor. Nyssen. de precatione I p. 8 ed. Krabinger: *Προσευχὴ θεοῦ ὁμιλία*) *καὶ διάλεκτον πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν παρόντων, καὶ ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς· ἢ, οἶει, τοῦτο εὔχετο ὁ Σωκράτης, ὅπως αὐτῷ χρήματα γένηται, ἢ ὅπως ἄρξει τῶν Ἀθηναίων: πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἀλλ' εὔχετο μὲν τοῖς θεοῖς, ἐλάμβανε δὲ παρ' ἑαυτοῦ συνεπινευόντων ἐκείνων ἀρετὴν ψυχῆς, καὶ ἡσυχίαν βίου, καὶ ζωὴν ἄμεμπτον, καὶ εὔελπιν θάνατον, τὰ θαυμαστὰ δῶρα, τὰ θεοῖς δοτά.*

[3] Cf. Cic. de n. d. I 1, 2; I 23, 63; I 42, 117; Diog. L. II 97. 100; Sextus adv. math. IX 55 (404, 20 Bekk.), Diels Doxogr. p. 591, 25 sq. Aliter iudicat Clem. Alex. Protr. II 24, 20.

tagoras[1] et Melissus Samius[2], aut providentiam esse negabant, ut Thrasymachus[3], precationum quoque necessitatem effectumque sustulerunt, quia inutiles eas et supervacaneas esse sibi persuaserant[4].

Cyrenaicos igitur, quos Prodicum haereticum imitatum esse dicit, preces fieri vetuisse refert Clemens Alex. strom. VII 41: *Ἐνταῦθα γενόμενος ὑπεμνήσθην τῶν περὶ τοῦ μὴ δεῖν εὔχεσθαι πρός τινων ἑτεροδόξων, τοῦτ' ἔστιν τῶν ἀμφὶ τὴν Προδίκου αἵρεσιν παρεισαγομένων δογμάτων. ἵνα οὖν μηδὲ ἐπὶ ταύτῃ αὐτῶν τῇ ἀθέῳ σοφίᾳ ὡς ξένῃ ὀγκύλλωνται αἱρέσει, μαθέτωσαν προειλῆφθαι μὲν ὑπὸ τῶν Κυρηναϊκῶν λεγομένων φιλοσόφων*[5].

Cynici ex parte aliter atque Cyrenaici iudicabant de precibus[6]. Magis enim Socratis exemplum secuti, cuius auspiciis

---

[1] Cf. Cic. de n. d. I 23, 63; I 42, 117; Diog. L. IX 51 ex libro Protagorae *περὶ θεῶν* hauriens: *Περὶ τῶν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὐθ' ὡς εἰσίν, οὐθ' ὡς οὐκ εἰσίν* (cf. Plato Theaet. 162 D).

[2] v. F. G. Welcker, *Kl. Sch.* II p. 526.

[3] v. Hermiam in Phaedr. p. 192 Ast.

[4] Cf. Proclus, comment. in Platon. Tim. 64 A (ed. Diehl 1903): *Ὁ μὲν φιλόσοφος Πορφύριος . . . περιήγαγεν ἡμᾶς ἐπ' ἄλλας καὶ ἄλλας δόξας λέγων, ὡς συλλήβδην εἰπεῖν, ὡς οὔτε οἱ τὴν πρώτην ἀθεότητα τοσήσαντες ποιοῦνται τὴν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὠφέλειαν, οἵ γε μηδὲ εἶναι λέγοντες θεούς, οὔτε οἱ τὴν δευτέραν, ὅσοι τὴν πρόνοιαν ἄρδην ἀνατρέπουσι θεοὺς εἶναι δίδοντες, οὐθ' οἱ καὶ εἶναι καὶ προνοεῖν αὐτοὺς συγχωροῦντες, ἅπαντα δὲ ἀπ' αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι κτλ.* Cf. Orig. *περὶ εὐχῆς* V 1. Alexander Aphrodisiensis, qui in Stoicorum de fato iudicium invehitur, hoc quoque affert fato posito fieri non posse, ut preces exaudiantur, cf. Zeller, III 1 p. 772: *Das Hauptgewicht legt Alexander auf die praktischen Folgesätze des Fatalismus* (de fato c. 16 sqq.), *wobei er auch die ... theologischen Gründe nicht vergißt, daß derselbe die Vorsehung und die Gebetserhörung aufhebe* (de fato 17). Preces valeant intactae, de anima 162: *Ἔτι δὲ μᾶλλον τὸ θεῖον καὶ αἱ ἐκ τούτου βοήθειαι, καὶ αἱ παρ' ἡμῶν εὐχαί τε καὶ δεήσεις τὴν οἰκείαν χώραν φυλάξουσιν.* Cf. ibid. p. 184, 10 sqq. Eos qui, quamquam fatum agnoscunt, tamen precantur, secum dissentire ostendit, de an. 161: *Ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς οὐ διαλείπουσιν εὐχόμενοι, ὡς δυναμένου τινος ὑπ' αὐτῶν διὰ τὰς εὐχὰς γενέσθαι καὶ παρὰ τὴν εἱμαρμένην.* De Plutarcho cf. Zeller III 2 p. 180.

[5] De Prodico haeretico cf. Ad. Harnack *Gesch. der altchristl. Litt.* I p. 163 sqq.; cf. Clem. Alex. strom. I 15, 69; VII 16, 103.

[6] Tamen Antisthenes ne sacrificaret recusabat. Clem. Alex. Protrept. 64 (Pott.): *Οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν.* Cf. dictum eius Clem. Alex. Strom. V 714 Pott: *Οὐδενὶ ἐοικέναι (θεὸν) φησὶ (ὁ Σωκρατικὸς Ἀ.)*

nova et honestior existimatio deorum et precationum pervulgari coepta erat, sola virtute deum coli docebant, non sacrificiis. Diogenes templa non adibat, sacra non faciebat[1], Crates Mercurium et Musas se culturum esse dixit (Iulian. or. 200 A) *οὐ δαπάναις τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὁσίαις.* Cynici non a dis petunt, quae quamquam stulti homines bona esse opinentur tamen re vera sint mala (Diog. L. VI 42): *Ἐνεκάλει (Διογένης) τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῆς εὐχῆς, αἰτεῖσθαι λέγων αὐτοὺς ἀγαθὰ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα καὶ οὐ τὰ κατ' ἀλήθειαν.* Stulte vero precantibus illudebat — Aesculapio enim gallinaceum pycten sacravit, qui procumbentium faciem incurrens contereret —[2] et irridebat stultitiam sacrificantium (Diog. L. l. c. 63): *Θυόντων τινῶν τοῖς θεοῖς ἐπὶ τῷ υἱὸν γενέσθαι, ἔφη „περὶ δὲ τοῦ ποδαπὸς ἐκβῇ οὐ θύετε;“*[3] Non divitias esse a dis expetendas, sed virtutem Crates censebat (Iulian. or. 199 D sq.; PLG II[4] p. 364): *Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτὰ . . . | ἀλλὰ δικαιοσύνης μετέχειν*[4].

διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται. Demonax quoque non sacrificabat Minervae (Pseudo-Lucian. Demon. c. 11): *Οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον.* Idem non precabatur in templo, cum alio quoque loco a deo se exaudiri putaret (c. 27).

[1] Cuius rei excusationem (quam Jacobus Bernays *Lucian und die Kyniker*, annotat. 18 *lahme Auskunft* nominat) affert, quod mendicus erat, Iulianus or. VI 199 B ed. Hertlein: *Ἔστω δὴ μὴ . . . ὁ Κὼν ἀναιδὴς μηδὲ ἀναίσχυντος μηδὲ ὑπερόπτης πάντων ὁμοῦ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων, ἀλλὰ εὐλαβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ Διογένης· εἰ δέ, ὅτι μὴ προσέρχεται μηδὲ ἐθεράπευε τοὺς νεὼς μηδὲ τὰ ἀγάλματα μηδὲ τοὺς βωμούς, οἴεταί τις ἀθεότητος εἶναι σημεῖον, οὐκ ὀρθῶς νομίζει· ἦν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ τῶν τοιούτων, οὐ λιβανωτός . . ., εἰ δὲ ἐνόει περὶ θεῶν ὀρθῶς ἤρκει τοῦτο μόνον· αὐτῇ γὰρ αὐτοὺς ἐθεράπευσε τῇ ψυχῇ, διδοὺς οἶμαι τὰ τιμιώτατα τῶν ἑαυτοῦ, τὸ καθοσιῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῶν ἐννοιῶν.*

[2] Diog. L. VI 38, ad quem locum dicit Bernays l. c. ann. 16: *Die Malice, daß er im Tempel des Aeskulap, statt der gewöhnlichen friedlichen Hähne, einen Kampfhahn weihte . . ., welcher nunmehr als heiliges Tier unbehelligt umherlief und auf den Betern, die mit dem Antlitz zu Boden fielen, herumtrat, richtet sich mehr gegen diese Art des Betens, welche Diogenes auch sonst verhöhnte* (Diog. Laert. VI 37), *als gegen den Aeskulap.*

[3] Cf. Diog. L. VI 37: *Θεασάμενός ποτε γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς θεοῖς προσπίπτουσαν . . . προσελθὼν εἶπεν· „οὐκ εὐλαβῇ, ὦ γύναι, μήποτε θεοῦ ὄπιθεν ἑστῶτος — πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη — αἰσχημονήσῃς;“*

[4] Quomodo Stilpo Megaricus iudicaverit de precibus, invenies ap. D. L. II 117.

Plato deum bonum et iustum esse persuasum habebat ut Socrates. Deum esse per se intellegi putat; quod qui negent quasi in morbum incidisse iudicat (Legg. 887 B sqq.): hi quamquam a parvulis, quid verum sit, audiant et parentes sacrificantes et precantes videant, non vim et naturam esse divinam arbitrantur. Deinde omnes gentes, et Graecos et barbaros, deos venerari ostendit. Quod qui deos esse negent, videre et audire possint: *ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες*[1] *Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ ἐν εὐπραγίαις, οὐχ ὡς οὐκ ὄντων ἀλλ' ὡς ὅτι μάλιστα ὄντων καὶ οὐδαμῇ ὑποψίαν ἐνδιδόντων ὡς οὐκ εἰσὶ θεοί.* Nihilominus eis *τὴν διάνοιαν διεφθαρμένοις* suadet, ut recte iudicent de dis (888 A sqq.), quo loco *δύο πάθη περὶ θεοὺς* significantur: *τὸ τοὺς θεοὺς εἶναι μέν, φροντίζειν δὲ οὐδὲν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς φροντίζουσι μέν, εὐπαραμύθητοι δ' εἰσὶ θύμασι καὶ εὐχαῖς*[2].

Contra turpis sententia eorum, qui opinantur deos et sacrificiis et precibus facile flecti et de consilio demoveri, a Platone vehementissime impugnata, apparet in dialogo Theage Platoni supposito, in quo alias quoque a Platone et Socrate alienas opiniones reperimus, quas Socrates his locis satis rustice probat.[3]

---

[1] Cf. supra p. 7 ann. 5 et praecepta Hesiodi op. 338: *Ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι θύεσσί τε ἱλάσκεσθαι, | ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ.* Cf. C. Ausfeld, l. c. p. 509; L. Schmidt *Die Ethik der alten Griechen* II p. 31.

[2] Cf. legg. 885 B: *Οὐδεὶς πώποτε οὔτε ἔργον ἀσεβὲς εἰργάσατο ἑκών, οὔτε λόγον ἀφῆκεν ἄνομον, ἀλλὰ ἓν ὅή τι τῶν τριῶν πάσχων, ἢ τοῦτο ὅπερ εἶπον* (scil. *θεοὺς εἶναι*) *οὐχ ἡγούμενος ἢ τὸ δεύτερον* (*θεοὺς*) *ὄντας οὐ φροντίζειν ἀνθρώπων ἢ τρίτον εὐπαραμυθήτους εἶναι θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς παραγομένους.* Sim. 905 D sqq. De impia atque nefaria ista opinione deorum dicit 907 B: *Κινδυνεύει πᾶς ὁ ταύτης τῆς δόξης ἀντεχόμενος πάντων ἂν τῶν ἀσεβῶν κεκρίσθαι δικαιότατα κάκιστός τε εἶναι καὶ ἀσεβέστατος.* Cf. 906 CD. Summae mali illecebrae nominatur opinio (Pol. 365 E, cf. 364 B): *Ὡς οἱ θεοί εἰσι οἷοι θυσίαις τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι* (Il. IX 499) *καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι.* Vide supra p. 2; cf. quod legg. 909 D dicitur de impiis, et Bernaysii librum *Theophrastos' Schrift über Frömmigkeit* p. 185—86.

[3] v. Theag. 131: *Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἡμᾶς οὕτωσὶ ποιῆσαι, ἀποπειραθῆναι τοῦ δαιμονίου τούτου συνόντας ἀλλήλοις. καὶ ἐὰν μὲν παρείκῃ ἡμῖν, ταῦτα βέλτιστα· εἰ δὲ μή, τότε ἤδη παραχρῆμα βουλευσόμεθα*

Sed eo iam, unde huc digressi sumus, revertamur. Quia deus bonus est, solum cum bonis hominibus coniunctus est; quam ob rem fieri non potest, ut bonus deus dona malorum accipiat precesque exaudiat (Rep. 613 B). Ut optimam et veram precationem Plato hoc laudat dictum (Legg. 716 D sqq.): *Ὡς τῷ μὲν ἀγαθῷ θύειν καὶ προσομιλεῖν δὴ τοῖς θεοῖς εὐχαῖς καὶ ἀναθήμασι καὶ ξυμπάσῃ θεραπείᾳ θεῶν κάλλιστον καὶ ἄριστον καὶ ἀνυσιμώτατον πρὸς τὸν εὐδαίμονα βίον*[1] *καὶ δὴ καὶ διαφερόντως πρέπον· τῷ δὲ κακῷ τούτων τἀναντία πέφυκεν*[2]*, ἀκάθαρτος*[3] *γὰρ τὴν ψυχὴν ὅ γε κακός, καθαρὸς δὲ ὁ ἐναντίος. παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὐτ' ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεὸν ἔστι ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι.* (717 A) *μάτην οὖν περὶ θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις, τοῖσι δὲ ὁσίοις ἐγκαιρότατος ἅπασι*[4]. Legg. 717 D maxime pius nominatur, qui omnes deos veneratur et Olympios et inferos et publicos, deinde *δαίμονας, ἥρωας*[5], maiores, denique parentes, quippe quorum beneficia rependere summum sit officium. Pietatem atque reverentiam erga parentes Plato pluribus locis plane ut partem religionis postulat, e. g. legg. 930 E.[6]. Idem explicat precationes a patre aut matre pro salute et felicitate liberorum factas a deis exaudiri et bene verti, contra exsecrationes parentum damno esse[7],

ὅτι δράσομεν, εἴτε ἄλλῳ συνεσόμεθα, εἴτε καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον τό σοι γιγνόμενον πειρασόμεθα παραμυθεῖσθαι εὐχαῖσί τε καὶ θυσίαις καὶ ἄλλῳ ὅτῳ ἂν οἱ μάντεις ἐξηγῶνται. Deinde Demodocus dicit: *Μηκέτι πρὸς ταῦτα ἀντείπῃς, ὦ Σώκρατες, τῷ μειρακίῳ. εὖ γὰρ λέγει Θεάγης.* Quibus verbis Socrates stulte assentitur, cum dicit: *Ἀλλ' εἰ δοκεῖ χρῆναι οὕτω ποιεῖν, οὕτω ποιῶμεν.*

[1] Cultus deorum non solum summum officium sed etiam iucundissima hominum delectatio est. Plut. Mor. 169 D: *Ἥδιστα δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἑορταὶ καὶ εἰλαπίναι πρὸς ἱεροῖς, καὶ μυήσεις καὶ ὀργισμοί, καὶ κατευχαὶ θεῶν καὶ προσκυνήσεις.* Cf. l. c. 1101 D: *Οὔτε γὰρ διατριβαὶ τῶν ἐν ἱεροῖς, οὔτε καιροὶ τῶν ἑορτασμῶν, οὔτε πράξεις οὔτ' ὄψεις εὐφραίνουσιν ἕτεραι μᾶλλον ὧν ὁρμῶμεν ἢ ὁρῶμεν αὐτοὶ περὶ θεῶν, ὀργιάζοντες, ἢ χορεύοντες, ἢ θυσίαις παρόντες, ἢ τελεταῖς.*

[2] Cf. Clem. Alex. strom. 307 Sylb., quo loco Clemens dicit malorum preces noxias esse et ipsis et aliis.

[3] Cf. legg. 910 E: *Ὡς οὐ καθαρὸς ὢν θύων θανάτῳ ζημιούσθω.*

[4] Cf. Porphyr. de abst. II 61.

[5] Cf. legg. 801 E.

[6] Cf. fragmentum Theophrasti ap. Stob. III 50 servatum, vol. I p. 2, p. 7, p. 119 Mein.; cf. Bernays *Theophrastos' Schrift über Frömm.* p. 176; L. Schmidt *Die Ethik* II p. 141 sqq.

[7] v. Legg. 931 C sqq.: *Ἀραῖος γὰρ γονεὺς ἐκγόνοις, ὡς οὐδεὶς ἕτερος*

quam sententiam exemplis mythologicis demonstrat (931 B). Et paullo infra legimus 931 E: *Πᾶς δὴ νοῦν ἔχων φοβεῖται καὶ τιμᾷ γονέων εὐχάς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γενομένας*[1].

Platonis honestas et praeclaras de precationibus sententias perscrutati emiramur eum ut ita dicam ieiunum in modum preces explicare. Definiuntur enim legg. 801 A: *Ὡς εὐχαὶ παρὰ θεῶν αἰτήσεις εἰσίν* (cf. Polit. 290 CD), quibus verbis nullus animi ardor apparet, immo hac precationum definitione Euthyphronis sententia a Socrate reiecta in memoriam nobis reducitur, qui declarat (Euthyphr. 14 C): *Ἐπιστήμη . . . αἰτήσεως καὶ δόσεως θεοῖς* (id est *τοῦ εὔχεσθαί τε καὶ θύειν*) *ὁσιότης ἂν εἴη*. Vel ut Socrates per ludibrium dicit (14 E): *Ἐμπορική ἄρα τις ἂν εἴη, ὦ Εὔθυφρον, τέχνη ἡ ὁσιότης θεοῖς καὶ ἀνθρώποις παρ' ἀλλήλων.*

Reliquum est, ut nonnulla alia addam, licet ad intellegendas de precationibus opiniones Platonis summi momenti non sint. Cum de difficili et obscura aliqua quaestione disputare vult, saepe initium capit ex invocatione deorum[2], e. g. Tim. 27 C: *Ἀλλ' ὦ*

ἄλλοις, δικαιότατα. μὴ δή τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ θεὸν ἐπήκοον [*ἐν*, del. Hermann] *εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν. τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομένῳ, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντες θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα;* Cf. 931 D: *Οἷς* (scil. *πατέρας καὶ μητέρας*) *ὅταν ἀγάλλῃ τις τιμαῖς, γέγηθεν ὁ θεός· οὐ γὰρ ἂν ἐπήκοος ἦν αὐτῶν.* Cf. 931 E. — Vim et efficientiam imprecationum parentum hoc modo declarat Theophrastus Paracelsus (ed. Argentorat. 1603): *Was inbrünstig begehrt wird, ist wahr und wird wirklich. Darum erfüllen sich die Flüche, die von Herzen kommen, so die Vater und Mutter-Flüche.* Idem II p. 274: *Ein gemeiner Fluch wird gemeiniglich wahr: warum? er gehet von Herzen: und in dem von-Herzen-Gehen liegt und gebiert sich der Saame. Also auch Vater- und Mutter-Flüche gehen also von Herzen.* Locum suppeditavit Schopenhauer (ed. Griesebach) III p. 314.

[1] Cum his Platonis de pietate erga parentes dictis et vi effectuque precationis et exsecrationis cf. Xenoph. mem. II 2, quo loco Socrates similem in modum quaestionem tractat.

[2] Cf. Tim. 48 DE; Pol. 432 C; Euthyd. 275 D; Legg. 892 B, 712 B, 887 C; Crit. 108 C, 106 B; Phileb. 12 C; Epinom. p. 352, 10 Bekker. Ut philosophi invocatione deorum ita oratores quoque saepe publicas incipiunt orationes, e. g. Demosth. de coron. 1. Cf. Plutarch. Per. 8, Mor. 804 sq.: cf. E. v. Lasaulx *Stud. d. klass. Alt.* p. 150, ann. 64. Frequenter Neo-Platonici quoque aut exordio libri aut cum rem aggrediuntur, deum

Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες, ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν. ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντὸς λόγους ποιεῖσθαί πῃ μέλλοντας . . . εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους εὔχεσθαι πάντα κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. Ut Diogenes (v. supra p. 11) de stultis hominum precibus querebatur, qui vera bona nescirent, quam ob causam mala peterent a dis, ita Platonem quoque, qui bonas preces summis laudibus extollebat, in malas et perversas invectum esse per se intellegitur. Poetas vituperat, quod saepissime pravis precibus in carminibus uterentur civesque in errorem inducerent (legg. 801 C). Pravae preces reprehenduntur legg. 687B, atque de precationibus, quae exitio sunt, agitur 687D: *Καὶ μὴν ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέος εὐχὰς γίγνεσθαι κτλ.* Et paullo post 688B: *Ἥκει δὴ πάλιν ὁ λόγος εἰς ταὐτόν, καὶ ὁ λέγων ἐγὼ νῦν λέγω πάλιν ἅπερ τότε, . . . ὅτι δή φημι εὐχῇ χρῆσθαι σφαλερὸν εἶναι νοῦν μὴ κεκτημένον, ἀλλὰ τἀναντία ταῖς βουλήσεσίν οἱ γίγνεσθαι.* Cf. legg. 801 A.

Ad extremum denique mira quaedam Platonis opinio commemoranda nobis est, quam multi sequebantur auctores. Conviv. 202E sqq. de daemonibus loquitur Socrates, qui deis preces hominum et sacrificia referant, hominibus rursus nuntient, quae dei imperent et respondeant: *Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον (πᾶν τὸ δαιμόνιον) θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν, ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι*[1].

precantur, ut se adiuvet; cf. Iamblich., vit. Pyth. I 2: *Παρακαλέσαντες τοὺς θεοὺς ἡγεμόνας καὶ ἐπιτρέψαντες αὐτοῖς ἑαυτούς.* Cf. Procl. in Parmen. IV 3sq.; Poemandr. 5, 2 p. 42 Parthey; cf. Koch, Ps. Dionysius Areopagita, *Forschungen zur christl. Litt. u. Dogmengesch.* p. 28 sqq.

[1] Cf. Otto Jahn et H. Usener ad hunc locum. De Plutarcho cf. Zeller III, 2 p. 177. Nostrum locum respicit Apuleius, de deo Socratis c. 4sqq.: *Ceterum sunt quaedam divinae mediae potestates inter summum aethera et infimas terras in isto intersitae aeris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad deos commeant: hos Graeci* (primus Hesiodus op. et d.

Adhuc sparsa solum de precibus dicta repperimus, quae nunc ut totius libri argumentum nobis occurrunt et dialogi quidem, qui inscribitur *Ἀλκιβιάδης δεύτερος ἢ περὶ προσευχῆς*[1]. Quem librum Platoni subditum esse inter omnes viros doctos

---

122 sqq.) *nomine δαίμονας nuncupant; inter homines coelicolasque vectores sunt, hinc precum inde donorum, qui ultro citro portant, hinc petitiones, inde suppetias . . . Per hos eosdem ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata.* Idem 13 de daemonibus: . . *Proinde ut nos, pati possunt omnia . . placamenta . . . et donis invitantur et precibus leniuntur.* Cf. ib. c. 14. — Porphyrius quoque Symposii verba respicit, de abst. II 38: *Ἐν δὲ τούτοις ἀριθμητέον καὶ τοὺς παρθευόντας, ὡς φησι Πλάτων, καὶ διαγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, τὰς μὲν παρ' ἡμῶν εὐχὰς ὡς πρὸς δικαστὰς ἀναφέροντας τοῖς θεοῖς.* — Cf. Zeller III 2 p. 211, 4. Plotin. enn. IV 4, 43 (437 B). Habes igitur eandem opinionem, qua christianos usos esse notum est. Velut Origenes et angelos et animas sanctorum mortuorum preces ad deum perferre docet II p. 321—24 Koetsch.; cf. v. d. Goltz *Das Gebet in der ältesten Christenheit* p. 271, 1. Preces ab angelis ad deum referri Clemens quoque Alex. persuasum habet, strom. 338 (Sylb.). Astris et preces et carmina, quae in dei honorem canunt, attribuuntur, sidera autem ipsa homines precari non decet, Orig. c. Cels. V 1 Koetsch. II, p. 12. — Apud Philonem Iudaeum *ὁ λόγος* summus pontifex (*ἀρχιερεύς*) atque advocatus (*παράκλητος*) nominatur, qui inter deum et mundum tamquam intercessor constitutus sit, hominum preces ad deum perferens et dei gratiam hominibus concilians, cf. de gigant. 52, p. 52, 5 Wdl., p. 269 Mg.; vita Mos. 14 p. 155; de profug. 20 p. 562; cf. Ritter-Preller *Hist. phil. graec.* 1898 § 610 a.

[1] Preces pertractabant cum auctor ignotus Alcibiadis II., tum scriptores qui sequuntur: Aristoteles *περὶ εὐχῆς*; Persius, sat. II; Iuvenalis, sat. X; Maximus Tyrius, diss. XI *εἰ δεῖ εὔχεσθαι*. Clemens Alexandrinus primus de oratione christiana accuratius egit, strom. VII c. 7; deinde Origenes, *περὶ εὐχῆς*; Tertullianus, de oratione; Cyprianus, de oratione. De ratione, quae intercedat inter hos Tertulliani et Cypriani libros dicit von der Goltz l. c. p. 282: *Eine gewisse Verwandtschaft der Gedanken mit denen des Tertullian ist nicht zu verkennen; aber eine literarische Abhängigkeit der Schrift Cyprians ist schon deshalb ausgeschlossen, weil Text und Reihenfolge der Vaterunserbitten von einander abweichen.* Accedunt Gregorius Nyssenus *εἰς τὴν προσευχήν*, orat. V; Apratrat, episcopus quarti saeculi, hom. IV (cf. von der Goltz l. c. p. 287 sq.); Ioannes Cassianus, collat. IX. X. Praeterea imprimis commemorandi sunt, quamquam non perpetua oratione et uno tenore, sed diversis locis de precibus egerunt: Ioannes Chrysostomus, Basilius, Augustinus.

Contra Luciani dialogo, qui inscribitur *πλοῖον ἢ εὐχαί* voce *εὐχαί* non tam preces designantur quam optationes, cf. Horat. sat. I 1.

constat[1]. De auctore et tempore dialogi[2], A. Boeckhius ex eo, quod p. 139BC ad illud paradoxon *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται* respicitur, collegit dialogum editum esse quo tempore Stoicorum familia floruisset[3]. Andreatta[4], Steinhart, Schleiermacher interpretes cynicae sectae opus esse existimaverunt, cum nuper Bickel[5] dialogum a sectatore scholae Arcesilae compositum esse, medio igitur aut exeunte tertio a. Chr. n. saeculo coniceret. Auctor in dialogo condendo illud imprimis spectabat, ut doceret, quod comicus quidam his verbis expressit: *Μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ', ἀλλ' ἃ συμφέρει.* Secundum Andreattam libri argumentum hoc est: *Auctor libelli putat, quae sint utilia, ea etiam bona esse. Universa igitur disputatio eo pertinet ut doceatur preces fieri non posse, ut ab optimi cognitione seiungantur*[6]. Multis locis Alcibiadis II. honestas illas de dis et precationibus opiniones legimus, quas apud Socratem et Platonem repperimus, sed etiam sententias a Platone et Socrate alienas, immo eorum dictis contrarias. Exempli causa notionem malignorum numinum affero et quod Socrates dicit p. 143 nonnumquam melius esse nescire aliquid quam scire. Contra Socrate et Platone digna nobis occurrunt p. 141 sqq., quo loco stultae enumerantur precationes, quae exauditae precantibus ipsis exitio sunt, ita ut saepius paullo post vota retractentur et in irritum vindicentur. Laudantur poetae cuiusdam verba: *Ὃς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον*

---

[1] Cf. H. Usener *Nachr. der Gött. Gesellsch.* 1892, p. 483 sqq.

[2] Nonnulli qui secundum Athen. XI p. 506C Xenophonti librum attribuerunt, sine dubio multo a recta via aberraverunt.

[3] Similiter iudicat Stallbaum in praefatione dialogi.

[4] *De libro, qui Alcibiadis secundi nomen in fronte gerit, Platoni abiudicando disputatio. Gymn. Progr.* Trient. 1870.

[5] *Ein Dialog aus der Akademie des Arkesilas, Arch. f. Gesch. der Philos.* XVII p. 460 sqq.

[6] De ultimo et summo dialogi auctoris proposito omnes consentiunt viri docti, uno excepto Schleiermachero, qui dicit: *Genauer betrachtet soll gewiß auch nach der Absicht des Verf. die Lehre vom Gebet garnicht der Hauptinhalt des Gespräches sein, sondern das von dem Vernünftigen und von dem Unvernünftigen und von dem Verhältnisse anderer Künste und Wissenschaften zu der des Guten und Besten.*

ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι· λέγει δέ πως ὧδί· „Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, . . . καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις | ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν“ [1] *κελεύει.* Non a deo mala attribui hominibus, ipsos sibi insanos et dementes miseriam afferre. Exemplaria precantium Lacedaemonii praedicantur (148 C sqq.): *Τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς. — Πλεῖον δ' οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειε* addit auctor.[2] Non magnificis et sumptuosis sacrificiis deum gaudere (cf. Xen. Mem. I 3, 2). Praeter Lacedaemonios casum Graecos potius quam consilium sequentes bona et mala implorare, cum discernere non possint: *Βλασφημούντων οὖν αὐτῶν ἀκούοντες οἱ θεοὶ οὐκ ἀποδέχονται τὰς πολυτελεῖς ταυτασὶ πομπάς τε καὶ θυσίας.* His Socrates addit graviter et severe: *Ἀλλὰ δοκεῖ μοι πολλῆς φυλακῆς δεῖσθαι καὶ σκέψεως ὅτιποτε ῥητέον ἐστὶ καὶ μή*[3]. Sacrificia pretiosa nihil valent, mens bona et honesta et sincera esse debet. Itaque Socrates dicit: *Οὐ γὰρ, οἶμαι, τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, ὥστε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι οἷον κακὸν τοκιστὴν*[4] *. . . καὶ γάρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπτουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ*[5].

Aristoteles, qui de omnibus rebus agebat, de precibus quoque scripsit, qua quaestione illis temporibus homines magnopere occupatos fuisse vidimus. Diog. L. V 21 in nu-

[1] Posterioris aetatis poeta hanc precationem imitatus paucis verbis mutavit (Orionis anthol. V 17, Stob. vol. IV p. 275 Mein.): *Ζεῦ Κρονίδη, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις | ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένοις ἀπερύκοις.* Eadem precatio invenitur in codice quodam Harleiano 1752, cf. Anthol. Palat. X 108 et Ausfeld p. 545. Hieronymus ipse quoque saepe nos contra nos petere in oratione dicit (Patrol. Migne t. XXVI p. 492). Cf. supra p. 10, p. 14.

[2] Cf. supra p. 6. Eandem precationem Plutarchus Lacedaemoniis attribuit Mor. p. 239 A: *Εὐχὴ δ' αὐτῶν δίδόναι τὰ καλά τ' ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλέον οὐδέν.* Cf. Mor. p. 232, 238. Addunt optationem ut iniuriam ferre possint: *ταῖς εὐχαῖς προστιθέασι τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι.*

[3] Cf. Plat. legg. 909 E: *Ἱερὰ καὶ θεοῖς οὐ ῥᾴδιον ἱδρύεσθαι, μεγάλης δὲ διανοίας τινὸς ὀρθῶς δρᾶν τὸ τοιοῦτον.* Cf. 688 B.

[4] Cf. supra p. 11.

[5] Cf. Xen. Mem. I 3, 3; Boissonnade *Anecdota Graeca* I p. 122.

mero Aristotelis librorum loco quarto decimo citat *περὶ εὐχῆς α'*, Hesychius nono loco *περὶ εὐχῆς*[1]. Liber *περὶ εὐχῆς* qui dialogorum in numero est, non exstat. In operibus autem, quibus scientiam augebat (*πραγματείαις*), vix de precibus loquitur Aristoteles. Contra quot locis Plato agit de precationibus, cuius philosophiam religione quasi imbutam esse vidimus! Sed Aristoteles, empiricus ille doctus homo, semper nexum causarum investigabat. Quod cum respicimus, non miramur Aristotelem de precibus, quippe quae sint piae mentis, non rationis[2], perpaucis locis egisse, quibus ne certum quidem omnibus est eum re vera precationes spectare[3]. Fieri enim potest, ut *εὔχεσθαι* non *precari* significet, sed *optare*[4]. P. 1405[a] 18 *πτωχεύειν* et *εὔχεσθαι* nominantur *αἰτήσεις*, p. 1129[b] legimus homines multos perverse a dis petere, deinde ipse Aristoteles dicit, quid petendum sit: *Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶ μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθά, τινὶ δὲ οὐκ ἀεί (eae res, quae universe quidem usui sunt, sed plerisque singulis nocent* vertit Ramsauer Eth. N.). *Οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτα εὔχονται καὶ διώκουσιν· δεῖ δ'οὔ, ἀλλ' εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ*[4] *καὶ αὑτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὑτοῖς ἀγαθά*[5].

Iacobus Bernays ex libro Porphyrii, qui inscribitur *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*, magnas Theophrasti operis partes, cui nomen erat *περὶ εὐσεβείας* mirabili quadam sagacitate restituit[6]. Ostendit Porphyrium secundo suo libro, quo demonstrare vult pium hominem carne vesci dedecere[7], quinque inseruisse ex-

---

[1] Locos scriptorum qui hunc Aristotelis librum respiciunt, invenies in vol. quinto Aristotelis operum ed. Acad. Reg. Boruss. p. 1483. Imprimis valet Simplicius in Ar. II de caelo p. 218, 20 Karsten: *Ὅτι γὰρ ἐννοεῖ τι καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν καὶ τὴν οὐσίαν ὁ Ἀρ. δῆλός ἐστι πρὸς τοῖς πέρασι τοῦ περὶ εὐχῆς βιβλίου σαφῶς εἰπών.* [2] Cf. Ed. Zeller II 2 p. 788.

[3] Quam paucos locos, quibus voce *εὔχεσθαι* utitur, indicat index verborum Aristotelis! [4] Cf. supra p. 6.

[5] *Qui vero id optat, ut τὰ ἁπλῶς illa sibi sint bona, nil aliud cupiat, quam ut ipse sit bonus* (Ramsauer).

[6] *Theophrastos' Schrift über Frömmigkeit* 1866.

[7] Cf. Porph. ep. ad Anebonem in Iamblichi editione Oxoniensi (ed. Th. Gale 1678) fol. c 2 v. in.; et Plut. Mor. p. 83 C.

cerpta e Theophrasti opere electa[1]. Imprimis tertium excerptum magni momenti est (c. 11, 21—15; 19, 6—20, 3 ed. Nauck), quia ad ea pertinet, quae sentiebat Theophrastus de cultu et veneratione deorum. Solis frugibus deum coli vult, animalia vetat sacrificari: *πῶς γὰρ ὅσιον ἀδικουμένων τῶν ἀφαιρεθέντων;* Magnitudinem et pretium sacri deus neglegit: *ἐπεὶ καὶ τὸ εὐδάπανον καὶ εὐπόριστον τοῦ δυσπορίστου ὁσιώτερον καὶ θεοῖς κεχαρισμένον*[2] *καὶ* — accedit causa in communi vitae usu posita — *κατὰ τὸ ῥᾷστον τοῖς θύουσιν πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν ἕτοιμον*[3]. Pia mente gaudere deos ut demonstretur, Pythiae oraculum refertur c. 15: *Οὐ γὰρ ἄν ποτε τοῦ Θετταλοῦ ἐκείνου τοῦ τοὺς χρυσοκέρως βοῦς καὶ τὰς ἑκατόμβας τῷ Πυθίῳ προσάγοντος μᾶλλον ἔφησεν ἡ Πυθία τὸν Ἑρμιονέα κεχαρίσθαι θύσαντα τῶν ψαιστῶν ἐκ τοῦ πηριδίου τρισὶ δακτύλοις.* Hic minimi igitur pretii sacra fecit[4]. Thessalus autem verbis Pythiae non recte intellectis totum saccum super aram effudit. Quo facto respondit Pythia: *Ὅτι δὶς τόσον ἀπέχθοιτο τοῦτο δράσας ἢ πρότερον ἦν κεχαρισμένος*[5]. Atque denuo Theophrastus affirmat non

[1] Porphyrius ipse omnia inter c. 5, in quo Theophrasti primum mentio fit, et c. 30 plus minus Theophrasti esse declarat. Alia Porphyrius apposuit (c. 9—11, 21; 16—19, 6), alia contraxit.

[2] Cf. cap. 20 init.

[3] Pauperes quoque aut non divites deos colere vult posse, cf. Bernays l. c. p. 74: *Der Philosoph will durch Vereinfachung der Kultushandlungen sie aus Staats- und Priesterbanden befreien und als eine Angelegenheit jedes Einzelnen zugleich verallgemeinern und verinnerlichen.* Cf. Stob. flor. III 50, quae verba fragmentum eius partis Theophrasti libri esse B. demonstravit, quam Porphyrius, cum proposito non necessaria esset, omisit: *Χρὴ τοίνυν τὸν μέλλοντα θαυμασθήσεσθαι περὶ τὸ θεῖον φιλοθύτην εἶναι, μὴ τῷ πολλὰ θύειν, ἀλλὰ τῷ πυκνὰ τιμᾶν τὸ θεῖον. τὸ μὲν γὰρ εὐπορίας, τὸ δ' ὁσιότητος σημεῖον.* Cultum igitur publice receptum non solum non aspernatur Theophrastus, sed etiam optat, ut saepe homines colant deos; cf. de abst. II 43 Porphyrii verba: *ὥστε κατὰ τὰ εἰρημένα Θεοφράστῳ θύσομεν καὶ ἡμεῖς.*

[4] Cf. Hor. c. III 23, 17 sqq.

[5] Cf. ineptam Hieroclis imitationem, Pythagorei quinti p. Chr. n. saeculi (Mullach Fr. philos. gr. I p. 121) et Bernaysii annotationes p. 75. Cf. Porph. de abst. II 17 oraculum Tyrrhenis datum et Antiphanis comici fragmentum.

Simplicia sacrificia Phintys quoque postulabat Pythagorica, Stob. 74, 61 Mein., quae quid sapientem deceat feminam, ostendit: *ἐν τῇ θυσίᾳ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβέα ἦμεν καὶ μετρίαν.* — Unus e paucis locis, quibus narratur,

interesse quanti sint sacra, sed qua mente qui sacrificet: *Οὕτω τὸ εὐδάπανον φίλον θεοῖς καὶ μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει*[1]. Post ea, quae Porphyrius interposuit contextum libri *περὶ εὐσεβείας* plane perrumpens, Theophrastus pergit: *Δεῖ τοίνυν καθηραμένους τὸ ἦθος ἰέναι θύσοντας, τοῖς θεοῖς θεοφιλεῖς τὰς θυσίας προσάγοντας ἀλλὰ μὴ πολυτελεῖς.* Non satis esse corpus lautum vestemque, mentem puram sanctamque esse oportere, id quod praeclaro quoque illo titulo in aedibus Epidauri inscripto in memoriam adorantium reducitur: *Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα | ἔμμεναι· ἁγνείη δ' ἔστι φρονεῖν ὅσια*[2].

De ceteris Peripateticis pauca dici possunt. Preces improbabant et sacrificia repudiabant, cum inutilia essent, Origenes c. Cels. II 13: *Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, μηδὲν φάσκοντας ἀνύειν εὐχὰς καὶ τὰς ὡς πρὸς τὸ θεῖον θυσίας.* Tamen timore vulgi adductos precatos esse Peripateticos idem refert Origenes[3] c. Cels. VII 66: *Καὶ οὐ μόνον τὸ εὔχεσθαι τοῖς ἀγάλμασιν ἠλίθιόν ἐστιν* (de hoc Heracliti dicto cf. supra p. 3), *ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ συμπεριφερόμενον τοῖς πολλοῖς προσποιεῖσθαι τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ὁποῖον ποιοῦσιν οἱ τὰ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσοφοῦντες καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου ἢ Δημοκρίτου ἀσπαζόμενοι· οὐδὲν γὰρ νόθον χρὴ ἐνυπάρχειν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀληθῶς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβοῦς.* Eandem fictam et simulatam erga deum pietatem Plutarchus quoque Epicuro crimini dat, c. Epic. beatit. 21 p. 1152 B (Epic. fr. 30 Us.). Obiurgat enim Epicurum de specie venerationis, quam prae se ferebat, causam timorem vulgi afferens: *Ὑποκρίνεται γὰρ εὐχὰς καὶ προσκυνήσεις οὐδὲν δεόμενος διὰ φόβον τῶν πολλῶν καὶ*

---

quomodo feminae se gesserint precantes apud Xenoph. Oecon. VII 7 invenitur. Coniunctim maritus Ischomachus et uxor deos implorant.

[1] Cf. Isocrates *πρὸς Νικοκλέα* (ed. Benseler-Blass) I § 20: *Ἡγοῦ δὲ θῦμα τοῦτο κάλλιστον εἶναι καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἂν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σαυτὸν παρέχῃς.* Plin. Paneg. c. 3: *Animadverto etiam Deos ipsos non tam accuratis* (hoc ipso verbo anxietas ista religionis Romanorum apparet) *adorantium precibus, quam innocentia et sanctitate laetari, gratioremque existimari qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.*

[2] Cf. Bernays l. c. p. 76—77; 176—177.

[3] H. Usener, Epicurea p. 259, 14.

φθέγγεται φωνὰς ἐναντίας οἷς φιλοσοφεῖ[1]. *Καὶ Θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέστηκε τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, Θύσας δὲ ἄπεισι λέγων τὸ Μενάνδρειον ‚ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς'. οὕτω γὰρ Ἐπίκουρος οἴεται δεῖν σχηματίζεσθαι καὶ μὴ φθονεῖν μηδ' ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολλοῖς.* Denique Senecae idem crimini dat Augustinus, de civ. Dei VI c. 10. Vir enim callidus ad omnia versatilis, ne ullius hominis animum a se abalienet, operam dat (fr. 38 Haase): *In his sacris civilis theologiae has partes potius elegit Seneca sapienti, ut eas in animi religione non habeat, sed in actibus fingat. ait enim: 'Quae omnia sapiens servabit tamquam legibus iussa, non tamquam diis grata.'* Verum est, quod dixit A. Bonhoeffer *Die Ethik des Stoikers Epictet* p. 84: *Er spricht dem Kultus alle innere Wahrheit ab.* Tamen se cultui adhaerere simulat, fragm. 39 H.: *Omnem istam ignobilem deorum turbam quam longo aevo longa superstitio congessit, sic, inquit, adorabimus, ut meminerimus cultum eius magis ad morem quam ad rem pertinere*[2]. Mirum igitur non est pium Augustinum idem vitio dedisse Senecae atque Plutarchum et Origenem Epicuro, quod speciem pietatis prae se ferret et deos venerari sese simularet. Quam ob rem vehementissime in eum invehitur Augustinus (fr. 40 H.): *Tamen quia illustris populi Romani senator erat, colebat, quod reprehendebat, agebat, quod arguebat, quod culpabat, adorabat: quia videlicet magnum eum aliquid philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mundo, sed propter leges civium moresque hominum non quidem ageret fingentem scenicum in theatro, sed imitaretur in templo, eo damnabilius, quod illa, quae mendaciter agebat, sic ageret ut eum populus veraciter agere existimaret; scenicus autem ludendo potius delectaret quam fallendo deciperet.*

Senecam nescio an suo iure vituperaverit Augustinus; contra quod ad Epicurum pertinet, fieri potest, ut dubitemus an non sint iusta opprobria; cf. Zeller III 1 p. 430: *Nichtsdestoweniger wollte auch Epikur den Glauben an Götter nicht auf-*

[1] Eadem opprobria apud Ciceronem inveniuntur, de nat. d. I 30. 85; III 1, 3; I 44, 123; de divin. II 17. 40. Euseb. pr. ev. XV 5, 12; XIV 27, 11: cf. Usener, Epicurea p. 103.

[2] Eadem sententia nobis occurrit Sen. ep. 5, 2: *Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conveniat.*

geben. Daß dies nur eine unwahre Anbequemung an die allgemeine Meinung gewesen sei . . ., ist gewiß ein ungerechter Vorwurf. Tamen certe nonnullas in hanc sententiam rationes afferri posse iam videbimus.

Epikur leugnete wie die Götter des Volksglaubens[1], *so auch die Dämonen, mit der Vorsehung*[2] *auch die Notwendigkeit des Gebets* (Zeller III 1 p. 429). Homines et mundum a deis neglegi Epicurus docet, nihil eis curae esse, nulla re eos obtundi[3]. Sin autem re vera deis cum hominibus nulla intercedit ratio, si dei hominibus non prospiciunt, efficitur, ut homines rursus deis non sacrificent, non supplicent, cum omnis cultus inutilis sit et supervacaneus[4]. Itaque recte apud Cice-

[1] Vulgi opiniones deorum secundum Epicurum falsae sunt (*ὑπολήψεις ψευδεῖς*), v. Diog. L. X 123 sqq.; Cic. de n. d. I 18.

[2] Providentiam divinam esse denegabant Epicurei, v. Usener, Epic. p. 245 sqq. Apud Ciceronem de n. d. I 8 Velleius Epicureus *πρόνοιαν* Stoicorum cavillatur, quam *anum fatidicam* nominat. Cf. Plutarchum (Epic. fr. 394 Us.), secundum quem providentia ab Epicureis per ludibrium *μῦθος* vocabatur; cf. Us. fr. 369, Orig. c. Cels. I 13 p. 12 Hoesch., Us. fr. 364. Divinationem quoque omnino improbabat Epicurus. Diog. L. X 125 (Us. fr. 369): *μαντικὴν δ' ἄπασαν . . . ἀναιρεῖ.*

[3] Cf. Cic. de n. d. I 16 sqq.; ibid. Vellei Epicurei verba c. 19 (Us. fr. 352); Lactant. de ira dei 17, 1; quae Seneca Epicuro adscribit de ben. IV 4, 1; IV 19.

[4] Cf. supra p. 9, ann. 4.

Vide et Cottae Academici verba, Cic. de n. d. I 41, 116: *Quae porro pietas videbitur, a quo nihil acceperis? . . . Est . . pietas iustitia adversum deos; cum quibus quid potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum deo sit communitas? Sanctitas autem est scientia colendorum deorum; qui quam ob rem colendi sint, non intellego, nullo nec accepto ab iis nec sperato bono.* Quam sententiam et Cicero ipse suis affert verbis, de n. d. I 2: *Sin autem di neque possunt nos iuvare nec volunt nec omnino curant nec quid agamus animadvertunt nec est, quod ab iis ad hominum vitam permanare possit, quid est quod ullos dis immortalibus cultus honores preces adhibeamus?* Cf. Max. Tyr. diss. XI; Cic. de n. d. I 42, 123: *Quae enim esse potest sanctitas, si di humana non curant?* — Quo in loco tota parte, §§ 115—124, quibus demonstratur Epicurum religionem funditus sustulisse, Posidonium Stoicum repeti ostendit Schmekel *Die Philosophie der mittleren Stoa* p. 98—104.

Fortasse Hieronymi quoque locus Epicureos spectat preces impugnantes (comment. in ev. Matth. l. I cap. 6, Patrol. lat. t. XXVI, ed. Migne). Dicit enim Hieronymus: *Consurgit in hoc loco quaedam haeresis philosophorum quoque* (annotat Migne: *Epicureorum haec fuit argutatio aut potius ve-*

ronem de n. d. I 41, 115 (Epic. Us. fr. 27) Cotta Academicus Epicuri de opinionibus quaerit, cum dicit: *Quid est . . . cur deos ab hominibus colendos dicas, cum dei non modo homines non colunt, sed omnino nihil curent, nihil agunt?*

Epicurus ab omni cultu deorum abhorrens, qui sacrificiis continetur[1] et votis, postulat ut deos homines venerentur pia sanctaque mente. Non timore[2] deorum sed admiratione praestantiae adductus vir sapiens deos colit[3]. Velleius Epicureus (Cic. de n. d. I 20, 56) dicit: *His terroribus ab Epicuro soluti . . . nec metuimus eos* (deos) *. . . et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem.* Stultum esse iudicat Epicurus homines deum colere sacrificiis similibusque rebus (fr. 371 Us.): *quid ergo, inquit* (Epicurus) *deo cultus hominis confert beato et nulla re indigenti?* Eadem causa affertur fragmento libri de musica Philodemi Epicurei et optime deorum veneratio significatur (fr. 386 Us.): *Τὰ δὲ τοσαῦτα λεγέσθω καὶ νῦν ὅτι τὸ δαιμόνιον μὲν οὐ προσδεῖ[τ]αί τινος τιμῆς, ἡμῖν δὲ φυσικόν ἐστιν αὐτὸ τιμᾶν μάλιστα μὲ[ν] ὁσίαις [ὑ]πολή[ψ]εσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὸ πάτριον παραδεδομένοις [ἑ]κάστῳ τῶν κατὰ μέρος.*

Tamen rursus secundum Philodemum *π. εὐσεβ.* col. 110. 12 sqq. (ed. Gomperz) Epicurus preces fieri non vetuisse vide-

---

sania) *perversum dogma dicentium: Si novit deus quid oremus et antequam petamus, scit, quibus indigeamus, frustra scienti loquimur.* In eandem opinionem invehitur Orig. *π. εὐχῆς* V 2; Hieronymus ipse defendit precantes, cum dicit: *Quibus breviter respondendum est nos non narratores esse sed rogatores. Aliud est enim narrare ignoranti, aliud scientem petere.*

[1] Secundum Athen. V 179 D Epicurei offendebant multos, quod cenantes non sacrificabant.

[2] Homines omni deorum timore liberare volebat Epicurus, v. Us. fr. 384 et imprimis Lucretium I 62 sqq., 101 sqq.; Diog. L. X 81; Zeller III 1 p. 427.

[3] Cf. Seneca de ben. IV 19, qui Epicurum, cum ipse quaerit *cur colis?* respondentem facit: *Propter maiestatem eius eximiam singularemque naturam.* Cf. Cic. de n. d. I 17, 45; 41, 115 sqq.; Philodem. *περὶ εὐσεβείας* col. 110, 12 sqq. Gomp.: *Προσεύχεσθαι . . ἐν τῷ περὶ (θεῶν?) οἰκεῖον εἶναι . . . . . φησίν, οὐχ ὡς λυπουμένων (?) τῶν θεῶν εἰ μὴ ποιήσομεν ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν ὑπερβαλλουσῶν δυνάμει καὶ σπουδαιότητι φύσεων.* Cf. Philodem. de mus. 4 col. 4 Kemke.

tur, quod quidem ceteris eius sententiis repugnat, non aliter atque id quod apud eundem Philodemum *π. εὐσεβ.* 108, 9 sqq. reperimus, quo loco plane affirmatur Epicurum publicis deorum sacris adfuisse [1]. Neque vero necessarium est nos putare simulasse Epicurum se cultorem esse deorum [2], cui opinioni certe multa non conveniunt [3].

Facile intellegimus Epicurum stultas hominum preces vituperasse, quae si exaudiuntur, precantibus ipsis sunt exitio [4] (fr. 388): *Εἰ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εὐχαῖς ὁ θεὸς καθηκολούθει, θᾶττον ἂν ἀπώλλυντο πάντες ἄνθρωποι, συνεχῶς πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατ' ἀλλήλων εὐχόμενοι.* At non solum pravas sed omnino omnes preces improbabat Epicurus [5]. Apud Senecam enim, de ben. IV 19, 2 Epicuri deus nominatur: *non audiens vota nec nostri curiosus.* Preces eum vetuisse e loco valde corrupto fortasse colligi potest [6]. Metrodorus quoque omnium discipulorum Epicuro carissimus secundum Lucianum Iupp. trag. c. 22 preces et sacrificia repudiasse videtur. Atque Hermarchus qui post Epicuri mortem scholae praeerat, secundum Proclum [7] contra Platonis verba Tim. 27 C hanc conclusiunculam fallacem protulit, qua eum preces repudiasse apparet: *ἀλλὰ πῶς, φησὶν ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμαρχος* [8] *οὐκ εἰς ἄπειρον προΐμεν, εἰ ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ πράγματος εὐχῆς δεόμεθα; καὶ γὰρ ἵνα εὐξώμεθα πάλιν ἄλλης εὐχῆς δεήσει, καὶ οὐδαμοῦ στησόμεθα* [9].

---

[1] Cf. *π. εὐσεβ.* 109, 8; de mus. 4, col. 4.

Zeller III 1 p. 437, 2: *Philodem. π. εὐσεβ. S. 108ff. Comp. gibt sich viele Mühe, die Frömmigkeit Epikur's nicht bloß aus seinen Ansichten über die Götter, sondern auch aus seinem persönlichen Verhalten zu beweisen, und er macht in der letzteren Beziehung . . . geltend (S. 118, 126ff., 146), daß der Philosoph sich an den Festen, Opfern und Mysterien seiner Vaterstadt beteiligt und seine Freunde gleichfalls dazu aufgefordert habe.*

[2] Cf. supra p. 20; 21—22.

[3] E. g. dictum eius Diog. L. X 123: *Ἀσεβὴς δ' οὐχ ὁ τοὺς τῶν πολλῶν θεοὺς ἀναιρῶν, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας θεοῖς προσάπτων.* Cf. Porphyr. ad Marc. 17.

[4] Cf. supra p. 10, 14, 16.

[5] v. Cic. orat. in L. Pisonem 25, 59.

[6] Philodem. *π. εὐσεβ.* c. 11; Diels, Doxogr. graeci p. 544[b]—545[b] 7.

[7] Comment. in Plat. Tim. 66E ed. Diehl.

[8] v. vit. Epic. 25 in Us. Epicureis p. 369.

[9] Quomodo Porphyrius hanc ineptam Hermarchi cavillationem reiecerit, invenies sub finem huiusce libelli.

Veteres Stoici ut Zeno et Chrysippus de precibus scripsisse vix videntur[1]. Cleanthes, qui Zenonem secutus est, Stoicam philosophiam docens hymnum composuit *εἰς Δία*, quod monumentum theologiae Stoicae maximi est momenti[2]. Exemplar enim et specimen Stoicarum precationum est[3]. Apud Ciceronem, de n. d. I 115—124, quas paragraphos e quinto Posidonii Rhodii libro *π. θεῶν* fluxisse iam supra p. 22, ann. 4 commemoravimus, Epicurus vehementissime impugnatur, qui omnem deorum colendorum causam demere voluerit. Contra apud Ciceronem precationes defenduntur § 122: *Hominum caritas et amicitia gratuita est. Quanto igitur magis deorum, qui nulla re egentes et inter se diligunt et homines consulunt. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur deos? ... quid optamus a dis immortalibus, quid vocamus?*[4] Secundum Diog. L. VII 124 Posidonius et Hecato dicebant, quod iam Socrates voluerat, deos unum nos decere precari, ut omnino bonum darent: *Εὔξεταί τε, φασίν, ὁ σοφὸς αὐτὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν, καθά φησιν Ποσειδώνιος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ καθηκόντων καὶ Ἑκάτων ἐν τρίτῳ περὶ παραδόξων.*

Stoici verum cultum deorum in recta intellegentia numinum et scientia ponebant et pia sanctaque vita, quae apud Cic. de n. d. II 28, 81 Stoicus his exprimit verbis: *Cultus autem deorum est optimus idemque castissimus atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta et*

[1] Deos et esse et colendos Zeno dixit (Sext. adv. Math. IX 133, v. Arnim Stoicor. vet. fr. vol. I n. 152): *Ζήνων δὲ καὶ τοιοῦτον ἠρώτα λόγον· „τοὺς θεοὺς εὐλόγως ἄν τις τιμῴη, τοὺς δὲ μὴ ὄντας οὐκ ἄν τις εὐλόγως τιμῴη· εἰσὶν ἄρα θεοί.“* Tamen templa aedificari vetuit, cf. Zeller III 1 p. 312 et ibid. ann. 3.

[2] Apud Stob. Ecl. I p. 30 servatus.

[3] Cf. preces Cleanthis apud Epictet. man. 52 traditas: *Ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη, | Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος, | Ὡς ἕψομαι γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω, | Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.* Vide v. Arnim vol. I p. 118 n. 327, qui aliis quoque locis hos versus afferri ostendit, quos et Seneca ep. 107, 10 in suum sermonem mutavit.

[4] Ceterum Carneades Stoicos vituperabat, quod sibi non constarent, quia a singulis flagitarent, ut a dis precibus auxilium consiliumque peterent, quamquam affirmarent deos singula non curare, cf. Cic. de n. d. III 32, 79 — 39, 93. Cf. A. Goedeckemeyer *Die Gesch. des gr. Skepticismus* p. 77.

mente et voce veneremur. et paullo post — quo loco unam e magno numero magnificarum veterum etymologiarum invenimus: *Qui totos dies precabantur et immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati.*

Posterioris aetatis Stoici copiose et diserte de precibus egerunt et primus quidem A. Persius Flaccus[1] secunda satira, qua ut Alcibiade II. preces tractantur eaeque non solum stultae et periculosae sed etiam nefariae, quae Persii temporibus non rarae fuisse videntur[2]. Satira dividitur in partes duas; priore legimus, quae optent homines, altera, quomodo deos corrumpere conentur. Atque primum agit de scelestis precibus atque tacitis[3], avari votis[4] et detestandos dissimulatores irridet, qui, ut *sancte* turpissima poscant, caput purgant (15—16). Non pudere eos Iovem precibus impellere[5], quas iudex

[1] Quae apud Horatium valent preces, plerumque in annotationibus exposui.

Persius per Annaeum Cornutum Stoicum in philosophiam inductus est, Senecam quoque sero quidem cognovit, quae narrantur in vita ed. Jahn-Bücheler p. 58. Stoicum fuisse Persium cum in vita apparet, tum ipse dicit sat. V 64 se Cleanthem esse secutum, cf. Fr. Knickenberg *De ratione Stoica in Persii satiris apparente*, Diss. Monast. 1867.

[2] Persium secundo Alcibiade usum esse ego quidem mihi persuadere non possum. Similitudines enim minimae sunt et in rebus tam divulgatis facile aliter explicantur. Contra Stoicos suo more imitatus est Persius, qui de argumento precationum saepe disputavisse videntur.

[3] De tacitis precibus velim conferas S. Sudhaus *Arch. f. Religionsw.* IX (1906) p. 185 sqq. et ea, quae ipse in pleniore huius opusculi editione in fine addidi.

[4] Persius sat. II 9 sqq. et Petronius 88, 7 sqq. conferendi sunt:

Petronius.	Persius.
Statim antequam limen Capitolii tangunt, alius donum promittit, si propinquum divitem extulerit.	*O si ebulliat patruus, praeclarum funus.* 12 sqq. *pupillumve utinam quem proximus heres impello, expungam... Nerio iam tertia conditur uxor.* Cf. Mart. I 10.
alius, si thesaurum effoderit.	*o si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule.*

[5] J. Döllinger *Heidenth. und Judenth.* S. 635: *Man würde erwarten, daß bei großem sittlichen Verderben die entarteten Massen überhaupt zu beten*

omni religione atque fide carens exhorrescat (17—30). Deinde stultas ridiculasque preces perstringit aviae aut materterae; erroribus imbutae mulieres caerimoniis superstitiosis operantur, ut infantes expient (cf. R. Wuensch *Arch. f. Rel. Wissensch.* IX 1906 p. 145). Persius autem dicit: *Ast ego nutrici*[1] *non mando vota, negato,* | *Iuppiter, haec illi, quamvis te albata rogarit* (31 sqq.). Homines ipsos suis precibus repugnare[2] ostendit (41—43). Inepta esse magnifica et sumptuosa dona affirmare non desinit: *In sancto quid facit aurum?* quaerit[3] v. 69 et respondet: *Nempe hoc quod Veneri donatae a virgine pupae*[4]. In fine denique satirae (71—75) rectam deorum cultus rationem hoc modo significat: *Quin damus id superis, de magna quod dare lance*[5] | *non possit magni Messalae lippa propago?* | *Compositum ius fasque animo sanctoque recessus* | *mentes et incoctum generoso pectus honesto:* | *haec cedo ut admoveam templis, et farre litabo*[6].

aufgehört hätten. Diese Wirkung trat . . nicht ein. Nicht über Abnahme der Gebete und Opfer klagen die den ethischen Zustand . . . schildernden Zeitgenossen. Aber sie entwerfen eine furchtbare Beschreibung von dem Inhalte dieser Gebete. Inhonestae preces et apud Lucianum Icaromenipp. c. 25 inveniuntur. Quae nefaria petiverint homines oraculis, nos docet Plutarchus, de def. orac. c. 7, quo loco Didymus Cynicus dicit: *Τοὐναντίον δ' ὑμῖν ἐγὼ προβάλλω διαπορῆσαι, πῶς οὐχὶ καὶ τότε ἀπείρηκεν (ὁ Ἀπόλλων), οὐδὲ Ἡρακλῆς αὖθις ἢ τις ἄλλος θεῶν ἐπέστακε τὸν τρίποδα, καταπιμπλάμενον αἰσχρῶν καὶ ἀθέων ἐρωτημάτων, ἃ τῷ θεῷ προβάλλουσιν, οἱ μὲν ὡς σοφιστοῦ διάπειραν λαμβάνοντες, οἱ δὲ περὶ θησαυρῶν ἢ κληρονομιῶν, ἢ γάμων παρανόμων διερωτῶντες ὥστε κατὰ κράτος ἐξελέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν εἰπόντα, βελτίστους ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν· οὕτως ἃ καλῶς εἶχεν, ἀνθρώπου πρεσβυτέρου παρόντος, ἀρνεῖσθαι καὶ ἀποκρύπτειν νοσήματα τῆς ψυχῆς καὶ πάθη, ταῦτα γυμνὰ καὶ περιφανῆ κομίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν.* Quae dira cognatis et vicinis imprecati sint, apparet e tabellis defixionum, ed. R. Wuensch IG III 3.

[1] Cf. Horat. ep. I 4, 6—8; Sen. ep. 60, 1; 94, 54; Prudentius c. Symmach. I 208 sqq.: *Mox humeris positus nutricis, trivit et ipse* | *Impressis silicem labris, puerilia vota* | *fudit opesque sibi caeca de rupe poposcit.*

[2] Cf. supra p. 3—4.

[3] Cf. Platon. Euthyphr. 14E: *Φράσον δέ μοι τίς ἡ ὠφέλεια τοῖς θεοῖς τυγχάνει οὖσα ἀπὸ τῶν δώρων ὧν παρ' ἡμῶν λαμβάνουσιν;*

[4] Schol.: *Diis tam sunt opes supervacuae quam Veneri pupae, quas virgines nubentes donant.*

[5] Cf. Ovid. ep. ex P. IV 8, 39: *Nec quae de parva diis pauper litat acerra,* | *tura minus grandi quam data lance valent.*

[6] Cf. Horat. c. III 23, 17 sqq.: *Immunis aram si tetigit manus,* | *Non*

Persio quamquam vidimus esse quasdam cum aliis scriptoribus similitudines, ut cum Horatio, auctore Alcibiadis dialogi aliis, tamen vix fieri potest, ut quis certe fontem aut fontes significet, e quibus hauserit. Quod apud Iuvenalem fieri posse sunt quibus videatur. Iuvenalis quoque, ut Persius, satiram de precibus condidit, aut, ut in codice P praescriptum legimus *de votis contrariis*[1]. Argumentum autem saepe decantatum in modum declamationis rhetoricae allatis exemplis omnibus notis satis frigide perfectum est[2]. De fontibus sat. X. L. Friedlaender annotat p. 450: *Der Gegenstand der Satire, die Thorheit und Verderblichkeit der gewöhnlich an die Götter gerichteten Gebete und Wünsche war ein in der popularphilosophischen Litteratur offenbar viel behandelter.* Iuvenalem aut Alcibiade dialogo aut Persio aut Seneca usum esse non putat. *Dagegen hat Iuvenal vielleicht Valerius Maximus VII 2 Ext. benutzt.*

Secundum Mayorem *Thirteen Satires of Iuvenal* vol. II p. 65 Iuvenalis Valerium Maximum, quem quarto p. Chr. n. decennio scribere coepisse verisimile est, magnam partem imitatus est: *A passage which as also Plat. Alk. II. and Persius II., Juvenal had before him*[3].

sumptuosa blandior hostia, | *Mollivit aversos penates* | *Farre pio et saliente mica.* Iuvenal. sat. X 355; Sen. de ben. I 6, 3: *Itaque boni etiam farre ac fitilla religiosi sunt.*

[1] Iam in satira prima inter stulta hominum facta, quae irridere vult, votum quoque enumerat, v. 85—86: *Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,* | *gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.*

[2] Videas Lehrsii iudicium in editione Friedlaenderi p. 450, qui ipse quoque dicit: *Mit Ausnahme dieses Schlusses bewegt sich Juvenal hier in den ausgefahrensten Geleisen der Rhetorenschulen.*

[3] De Alcibiadis II. et Persii imitatione cum Mayore consentire nequeo; mihi placent Friedlaender et Fritzschius. Contra Valerii Maximi ut imitator fuerit Iuvenalis fieri posse mihi videtur. Nihilominus de ratione, quae secundum Mayorem intercedit inter Iuvenalem et Valerium Maximum nonnulla mihi sunt addenda.

Valerius Maximus VII 2 ext. 1.	Iuvenalis X 3—4.
Et enim densissimis tenebris involuta est mortalium mens, in quam late patentem errorem caecas precationes tuas spargis!	*Pauci dinoscere possunt* | *vera bona atque illis multum diversa, remota* | *erroris nebula.*

Quo loco concedendum quidem est non esse necesse Iuvenalem secutum esse Valerium Maximum. Nam verba *remota erroris nebula* versui Ili-

Quid Iuvenalis de precationibus sentit? Plerasque stultas esse docet (1—55), hominibus damno exitioque[1]. Tum quae affirmat, exemplis demonstrare conatur (56—345) et in exitu satirae homines adhortatur, ne deis praescribant, quae dent, sed se committant auxilio deorum (346—48):

---

adis V 127 (cf. XVII 643 sqq.) respondent, quem etiam Alcibiades II. p. 150 D E respicit. Auctore quoque Alcibiadis II. Iuvenalis non videtur usus esse, cf. Friedlaender: *Eine direkte Benutzung dieser Stelle ist bei Iuvenal nicht anzunehmen, da er sich sonst nirgends von dem platonischen Dialog abhängig zeigt, und die Anwendung der Metapher von der Entfernung des den Geist umhüllenden Nebels schon auf Grund der Homerstelle häufig gewesen sein muß.* Mihi praeter hos solus unus occurrit locus Homericus; Simplicius enim in Epicteti enchiridio extremo hac utitur translatione Homeri versibus laudatis. — Maioris esse momenti haec videtur similitudo:

Valerius Maximus.	Iuvenalis 7—8.
At haec (coniugia) ut aliquando illustrant, ita nonnumquam funditus domos evertunt.	*Evertere domos totas optantibus ipsis | di faciles*

Similia Pythagorae verba sunt Diod. Sic. X 9, 8 de rebus quas optant: *Τούτων ἕκαστον τοὺς . . . τυχόντας τοῖς ὅλοις ἀνατρέπειν.* His locis non solum sententiae, sed etiam verba ac litterae ex parte congruunt. Tamen fieri potuit, ut Iuvenalis Valerium Maximum non imitatus sit, quod eis quoque quae sequuntur valet.

Valerius Maximus.	Iuvenalis.		
Divitias adpetis, quae multis exitio fuerunt, honores concupiscis, qui complures pessum dederunt, regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur.	12—17 133—187 56—113	divitiarum honorum regnorum	pericula enumerantur.
splendidis coniugiis inicis manus	350—53 *Nos animorum | impulsu et caeca magnaque cupidine ducti | coniugium petimus partumque uxoris...*		

Quae congruentia et similitudo mea quidem sententia ex eo facile explicari potest, quod precationes sunt cotidianae et usu tritae.

Secundum autem Fritzschium ad Luciani Navig. Iuvenalis eundem philosophum ducem habuit quem Maximus Tyrius diss. XI.: *Nam et Iuvenalis et Maximus primum quibus precibus abstinendum sit verbis docent plurimis, tum autem brevi oratione sed magna cum vi addunt, qua alia ratione precandum orandumque sit et in hanc ipsam doctrinam ambo desinunt.*

[1] Cf. vv. 7—8; 54 sq.: *Supervacua aut perniciosa petuntur*; Sen. de ben. VI 27, 7: *Votum tuum aut supervacuum est aut iniuriosum.*

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis
Permittes ipsis expendere numinibus quid
Conveniat nobis rebusque sit utile nostris[1].

Preces fieri non vetat (354):

Ut tamen et poscas aliquid voveasque sacellis . . .

At alias quidem preces commendat atque vulgares; non solum bona corporis, sed etiam animi expetenda esse (356 sqq.):

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano[2].
Fortem posce animum mortisque terrore carentem,
Qui nesciat irasci[3].

Tota Stoicorum disciplina non solum ad philosophiam sed etiam ad religionem pertinet[4]. Quam ob rem Seneca quoque et cogitare et loqui de precibus cogebatur; definire quidem, quae de precibus senserit, difficile est, cum homines precari et vetet et sinat. Atque primum quidem in universum de cultu deorum, quem amplectebatur Seneca, breviter agendum est. Veram erga deos pietatem omnes Stoicos in rectis opinionibus deorum et pura mente posuisse vidimus, non in sumptuosis sacrificiis et sollemnibus caerimoniis. Seneca quoque deum non templis sed conscientia rectae voluntatis coli vult, fr. 123 Haase[5]: *Quanto melius Seneca et verius!: „Vultisne vos . . . . . deum cogitare magnum et placidum et maiestate leni verendum, amicum et semper in proximo, non immolationibus et sanguine multo colendum — quae enim ex trucidatione immerentium voluptas est? — sed mente pura, bono honestoque proposito. non templa illi congestis in altitudinem saxis extruenda sunt: in suo cuique consecrandus est pectore.“* Bonam

[1] Cf. Horat. c. I 9, 9: *Permitte divis cetera*; Valer. Max. VII 2 Ext. 1: *Teque totum caelestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt.*

[2] Cf. Horat. c. I 31, 17—19: *Frui paratis et valido mihi | Latoe dones ac precor integra | Cum mente*; cf. Pers. II 8; Sen. ep. 41, 1; 10, 4; Petron. 88, 7.

[3] Hoc loco et sequentibus verbis Stoicorum sententias laudat; cf. e. g. Senecae libellum, qui est de ira, et innumerabiles locos, quibus Seneca aliique Stoici de terrore mortis loquuntur. De Iuvenale imprimis conferendus est R. Schuetze *Iuvenalis ethicus*, diss. Gryph. 1905.

[4] Cf. Zeller III 1 p. 309 sqq.

[5] Ap. Lactant. institt. lib. VI c. 25, 3.

mentem plurimi aestimat Seneca[1], de ben. I 6, 1, 2—3: *Non est beneficium ipsum, quod numeratur aut traditur: sicut ne in victimis quidem, licet opimae sint auroque praefulgeant, deorum est honor, sed pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fitilla*[2] *religiosi sunt*[3], *mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.*

Quae optemus, quae precemur? Non bona corporis, secundum omnium philosophorum sententiam, nat. quaest. III praef. § 14: *Quid est praecipuum? non admittere in animo mala consilia, puras ad caelum manus extollere, nullum bonum petere, quod, ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere, optare, quod sine adversario optatur, bonam mentem.* Ut bona mente veneremur deum, semper admonet, virtus est optimus deorum cultus, ep. 95, 47—50: *Quo modo sint di colendi, solet praecipi: accendere aliquem lucernas sublatis prohibeamus, quoniam nec lumine di egent et ne homines quidem delectantur fuligine*[4] *. . . deum colit qui novit . . . . . Primus est deorum cultus deos credere; deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem . . . Vis deos propitiare? bonus esto. satis illos coluit, quisquis imitatus est.* Hoc igitur loco, ut fr. 123 H., aliter atque de ben. I 6, 3 omnem cultum deorum reicere videtur. Qua cum sententia congruit contemptio despicientiaque, qua apud Lactantium de simulacris et adoratione loquitur (inst. II c. 2, 14; fr. 120 Haase): *Recte igitur Seneca in libris moralibus*: „*Simulacra*“, *inquit*, „*deorum venerantur, illis supplicant genu posito, illa adorant, illis per totam adsident diem aut adstant, illis stipem iaciunt, victimas caedunt: et cum haec tantopere suspiciant, fabros, qui illa fecere, contemnunt.*“ Acerbissimis facetiis in dialogo,

[1] Cf. de ben. I 5, 2; II 31, 1: *Nam cum omnia ad animum referamus* (scil. nos Stoici) . .; ep. 44, 5.

[2] Cf. supra p. 27, ann. 6.

[3] Hoc loco sacrificia admittit, quasi signa pietatis. A. Bonhöffer *Die Ethik des Stoikers Epiktet* p. 84: *Es ist dies genau der Standpunkt der alttestamentlichen Propheten, die den Opferdienst auch nicht verwerfen.*

[4] Cf. Arnob. VII 16: *Ergone ille putor qui ex coriis tollitur atque expirat ardentibus, qui ex ossibus, qui ex saetis, ex agnorum lanitiis gallinarumque de plumis, Dei munus et honor est?* Cf. Sen. de ben. IV 25, 1; 3, 2; II 30, 2.

quem scripsit de superstitione[1], stultorum hominum cultum irridet[2].

Preces vulgi Seneca vituperat simulque meliorem precandi modum significat, ep. 10, 4: *Votorum tuorum veterum licet deis gratiam facias, alia de integro suscipe*[3]*: roga bonam mentem*[4]*, bonam valetudinem animi, deinde tunc corporis. Quidni tu ista vota saepe facias? Audacter deum roga: nihil illum de alieno rogaturus es.* Hoc igitur loco Seneca preces non omnino improbat, at solum pravas, bonis autem ut utantur precationibus homines adhortatur § 5: *Sic vive cum hominibus, tamquam deus videat, sic loquere cum deo, tamquam homines audiant.*

Etiam de precibus exitiosis bene nobis notis Seneca saepe loquitur, ep. 22, 12: *Emerge ad meliorem vitam propitiis dis, sed non sic, quomodo istis propitii sunt, quibus bono ac benigno voltu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum excusati, quod ista quae urunt, quae excruciant, optantibus data sunt.* Acerrime stultas optationes his condemnat verbis (de tranqu. an. 23): *Quicquid optavi inimicorum exsecrationem puto.* Et de precibus eorum, quibus nos carissimi sumus, idem sentit atque Persius II 31 sqq. Dicit enim Seneca ep. 31, 2—3: *Surdum te amantissimis tuis praesta, bono animo mala precantur. et si esse vis felix, deos ora ne quid tibi ex his quae optantur, eveniat. Non sunt ista bona*[5] (sunt enim bona corporis), *quae in te isti*

[1] Huius dialogi Augustinus, de civ. Dei VI c. 10 (fr. 31 sqq. Haase) summarium nobis tradidit.

[2] Cf. nat. quaest. IV 6, quo loco stultitiam iocose in ludibrium vertit.

[3] Cf. ep. 20, 8: *Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota deo remissurus, ut contentus sis temet ipse et ex te crescentibus bonis.*

[4] Bona mens quid sit dicit ep. 16: *Perseverandum est et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est.*

[5] Quae de bonis senserit Seneca, ex his locis cognosces: ep. 66, 5 tria varia bona distinguuntur, corporis bonis non nominatis; ep. 71, 4: *Summum bonum est, quod honestum est. et quod magis admireris: unum bonum est, quod honestum est: cetera falsa et adulterina bona sunt*; ep. 71, 32—33: *Cito hoc potest tradi et paucissimis verbis: unum bonum esse virtutem, nullum certe sine virtute . . ., corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona.* Cf. ep. 72, 7; 74, 1, 10—11, 16—17; 76, 7; 87, 21; de vita beata 4, 2; ad Helv. matr. de cons. 5, 6; de prov. 3, 1; 6, 1, 3—5; nat. quaest. praef. 13—18.

volunt congeri: unum bonum est, quod beatae vitae causa et firmamentum est, sibi fidere. Ep. 60, 1: *Queror, litigo, irascor; etiam nunc optas, quod tibi optavit nutrix tua aut paedagogus aut mater? nondum intellegis, quantum mali optaverint? o quam inimica nobis sunt vota nostrorum! Eo quidem inimiciora, quo cessere felicius. Iam non admiror, si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter exsecrationes*[1] *parentum crevimus.* Ep. 94, 53—54: *Nocent qui optant, nocent qui exsecrantur: nam et horum imprecatio falsos nobis metus inserit et illorum amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona et incerta et errantia, cum possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire recta via, trahunt in pravum parentes, trahunt servi.* Quae prorsus parentum precibus repugnant, ipse optat Lucilio amico ep. 96, 4—5 (cf. ep. 32, 4).

Facile intellegitur, quomodo fieri potuerit, ut Seneca, qui pravas preces tam dure et acerbe condemnabat, omnino omnes improbaret preces. Sapienti enim votis non opus est, quippe cui potestas sit feliciter vitam agendi; quin turpe est sapienti precari, ep. 31, 5: *Non est ergo quod ex illo vetere (voto) parentum tuorum eligas, quid contingere tibi velis, quid optes: et in totum iam per maxima acto viro turpe est etiam nunc deos fatigare*[2]. *Quid votis opus est? Fac te ipsum felicem*[3]. *Facies autem si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus, turpia, quibus malitia coniuncta est.* Similem sententiam aperit ep. 41, 1: *Non sunt ad caelum elevandae manus nec exorandus aedituus,*

[1] Cf. Sen. de tranqu. an. 23.

[2] Cf. Brouerius. de veter. ac recent. adorationibus, in Polen. suppl. Thes. antiqu. T. II p. 927, 957; Arnob. adv. nat. I 49 (Hildebrand): *Cum Aesculapium ipsum datorem ut praedicant sanitatis, quoad illis superfuit vita, et precibus fatigarent et invitarent miserrimis votis.*

[3] Nimia aestimatio sui fiduciaque in tota Stoicorum secta nobis occurrit; cf. Sen. ep. 31, 8: *Summum bonum . . . quodsi occupas, incipis deorum socius esse, non supplex.* Ep. 94, 53: *Cum possimus felicitatem depromere.* Ep. 41, 1: *Bonam mentem quam stultum est optare, cum possis a te impetrare.* Quamquam paullo post ep. 41, 2 sequitur: *Bonus vero vir sine deo nemo est.* Cf. ep. 73, 13—16 (etsi legimus: *Nulla sine deo mens bona est*); de prov. 6, 6; ep. 95, 36; 31, 3; 72, 7; 28, 10; cf. Iuven. X 36 sq.: Horat. ep. I 18, 111 sq.; Ps. Isocrat. ad Demonicum § 34; Cotta Stoicus apud Cic. de n. d. III 16: *Iudicium hoc omnium mortalium est fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam.* Cf. ibid. 87.

ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est.

Alia causa, qua commotus optat, ut precari omittant homines, haec est, quod fatum, quo omnia reguntur, immutabile est et aeternum et inexorabile. Quam ob rem preces inutiles et supervacaneas esse affirmat [1], ep. 77, 12: *Quid fles? quid optas? perdis operam: Desine fata deûm flecti sperare precando* [2]. Nat. quaest. II 35, 1—2: *Quid ergo? expiationes procurationesque quo pertinent, si immutabilia sunt fata? Permitte mihi illam rigidam sectam tueri eorum, qui excipiunt ista et nihil esse aliud quam aegrae mentis solatia existimant* [3]. *Fata inrevocabiliter ius suum peragunt nec ulla commoventur prece. Non misericordia flecti, non gratia sciunt. Cursum inrevocabilem ingressa ex destinato fluunt* [4]. Cf. ibidem c. 36: *Quid enim intellegis fatum? existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat; hanc si sacrificiis aut capite niveae agnae exorari iudicas, divina non nosti. Sapientis quoque viri sententiam negatis posse mutari: quanto magis dei?* [5]

Vidimus Senecam omnes preces et omnia sacra repudiasse, quin etiam aspernatum esse, cum et indignae essent sapienti viro et inutiles. Tamen ipse precatus est hominesque sacrificare et precari sinit, de benef. VII 4, 6: *Omnia patris sunt, quae in liberorum manu sunt: quis tamen nescit donare aliquid et filium patri? Omnia deorum sunt: tamen et dis donum poscimus et stipem iecimus.* Quomodo fieri potuit, ut Seneca, cui fato inflexibili omnia regi persuasum erat, preces admitteret, quamquam aliis locis reiciebat? Quam ad quaestionem Bonhoefferus *Die Ethik des Stoikers Epiktet* p. 84 brevissime et optime respondisse mihi videtur: *Er läßt nicht nur den Seher als Diener des Schicksals gelten, sondern rechtfertigt die Sühnungen und Bittgänge, deren Wirksamkeit durch*

[1] Cf. Maximus Tyrius, diss. XI 5.

[2] Verg. Aen. VI 376; Sen. de benef. VI 23.

[3] Id est, ut aliis dicam verbis: Precari solum invalidos et infirmos decet, contra sapientes et fortes dedecet.

[4] Aliae fati inflexibilis descriptiones exstant ep. 77, 12; ad Marciam de cons. 10, 16. Cf. Stob. eclog. I 4: *Μοῖρ' ὦ λιταῖς ἄτρωτε δυσπήνων βροτῶν.* Vergil. Georg. II 491: *Inexorabile fatum.*

[5] Cf. Platon. Legg. p. 716.

die Lehre vom unabänderlichen Fatum oder ewig feststehenden Gotteswillen nicht aufgehoben werde, da dieselben vom Fatum als Bedingungen der göttlichen Hilfe von Ewigkeit her vorgesehen seien. Die Götter haben etliches in suspenso gelassen, sodaß es nur auf die Gebete der Menschen hin eintritt. Quod rectum esse ut demonstrem, hos affero locos. Seneca postquam nat. quaest. II 35—36 preces et sacra inutilia esse ostendit, pergit c. 37: *Agere nunc causam eorum volo, qui procuranda existimant fulmina et expiationes non dubitant prodesse aliquando ad submovenda pericula, aliquando ad levanda, aliquando ad differenda . . . interim hoc habent commune nobiscum, quod nos quoque existimamus vota proficere salva via ac potestate fatorum.* Quae ibid. § 3 afferuntur a ficto adversario, sententiae sunt, quas Seneca aliis locis defendit, hoc autem loco impugnat, dum dicit: *Aut futurum est aut non: si futurum est, fiet etiamsi vota non suscipis. Si non est futurum, etiamsi non susceperis vota, non fiet.* Contra Seneca respondet: *Falsa est ista interrogatio, quia illam mediam inter ista exceptionem praeteris: futurum hoc est, sed si vota suscepta fuerint.* Novis atque miris argumentis confirmat sententiam suam c. 38 init.: *Puta me . . . fateri hoc quoque fato esse comprehensum, ut utique fiant vota: ideo fient.* Et similiter § 2: *Effugiet pericula, si expiaverit praedictas divinitus minas; at hoc quoque in fato est, ut expiet: ideo expiabit*[1].

Quid re vera spectare preces putet Seneca, his dicit verbis de benef. V 25, 4: *Vota illos* (deos) *non exorant, sed admonent*[2]. Quod homines etiam atque etiam precantur, Senecae documento est preces esse efficaces[3]. Epicurum enim cum aggreditur, qui opinatur deum securum et neglegentem nostri beneficia non

[1] Cf. nat. quaest. II 38, 3.

[2] Cf. Bonhöffer *Die Ethik des Stoikers Epiktet* p. 84: *Das Gebet hat nicht den Zweck, die Hilfe der Götter zu erzwingen, sondern nur sie an die menschlichen Anliegen zu erinnern. Dieser Satz kann nur den Sinn haben, daß das Gebet ein Akt der Unterwerfung unter Gott sein soll.*

[3] Cf. quomodo Timocles Stoicus apud Lucianum Iupp. trag. c. 51 deos esse colligat: *Εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί.* Balbus Stoicus apud Cic. de nat. d. II 4, 12: *Quorum interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Deorum autem interpretes sunt: deos igitur esse fateamur.* Cf. Zeller III 1 p. 134; vide Zenonis argumentum, quod supra commemoravimus p. 25, 1.

dare. Seneca de benef. IV 4, 2 censet: *Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces et undique sublatis in caelum manibus vota facientium privata ac publica, quod profecto non fieret nec in hunc furorem omnes mortales consensissent adloquendi surda numina et inefficaces deos, nisi nossemus illorum beneficia nunc oblata ultro, nunc orantibus data, magna, tempestiva, ingentes minas interventu suo solventia* [1].

Similem Senecae rationem in philosophia secutus est C. Musonius Rufus Stoicus, quem anno p. Chr. n. sexagesimo quinto Roma expulit Nero (Tac. annal. XV 71). Publicum deorum cultum, qui sacrificiis aliisque caerimoniis continetur, non esse neglegendum docuit [2]. De precibus hic locus apud Musonium exstat [3]: *Θεοὶ γὰρ ἐπιτροπεύουσιν αὐτὸν (τὸν γάμον), καθὸ νομίζονται παρ' ἀνθρώποις μεγάλοι. . . . πότε δ' ἂν εὐκαιρότερον εὔξαιτό τις τοῖς θεοῖς τούτοις ἢ πρὸς γάμον ἰών;*

Epictetus Phrygius Musonii Rufi sententias sequebatur. Is in Man. 31 praecepta, quae ad deorum cultum pertinent, breviter complexus est. Summi momenti est nos recte de deis sentire et voluntati divinae hilare laeteque parere [4], quod unius philosophi est. Non *τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν* (bona corporis) bona sunt aut mala, contra *ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν* bonum ponendum est. Tertia cultus deorum pars sacrificiis precibusque continetur [5], quae non valent, nisi pia in homine mens est [6]. Ritum more ma-

[1] Cf. Platon. legg. p. 887 sub finem. Seneca quoque deos hominibus prospicere et consulere dicit, qua conditione sublata precationes inutiles essent: cf. de ben. IV 4, 3; c. 5—8; VII 31, 4.

[2] Ed. Peerlkamp p. 205 et p. 221; Bonhöffer l. c. p. 85: *Durchaus positiv hat sich Musonius zur Volksreligion gestellt. Er rechnet die Darbringung von Opfern und Gaben an die Götter zu den selbstverständlichen Pflichten.* [3] p. 221.

[4] Cf. man. 15, 17, 52; diss. 4, 1, 13; 2, 16, 42; preces in conspectu mortis fundendae commemorantur diss. 4, 10, 14sqq.; 3, 24, 96—102.

[5] Cf. diss. 3, 21, 12sqq.: *Ἀλλ' ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται μὴ θύσας τοῖς θεοῖς καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς βοηθοὺς οὐδὲ σπείρουσιν ἄλλως οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ τὴν Δήμητραν ἐπικαλεσάμενοι, τηλικούτου δ' ἔργου ἁψάμενός τις ἄνευ θεῶν ἀσφαλῶς ἅψεται καὶ οἱ τούτῳ προσιόντες εὐτυχῶς προσελεύσονται.* Cf. Antonin. comm. VI 23 Plat. Tim. p. 27 C. Xenophon Oecon. VI 1.

[6] Cf. man. 31, 1; diss. 18, 19; Cic. pro Cluentio 68 de scelesta muliere: *Quin etiam nocturna sacrificia, quae putet occultiora esse, sceleratasque eius preces et nefaria vota cognovimus: quibus illa etiam deos*

iorum observari iussit, man. 31, 5: *Σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοτε προσήκει καθαρῶς καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως μηδὲ ἀμελῶς μηδέ γε γλίσχρως μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.*

Bonhoefferus vero *Die Ethik des Stoikers Epiktet* p. 76 Zelleri [1] impugnat sententiam, qui, cum innititur Epicteti dicto (diss. II 20, 32) affirmat Epictetum cultum observasse argumento ab utili adductum. Contra Bonhoefferus dicit: *Er muß sich selbst auf dem Boden derselben (der Volksreligion) stehend gefühlt haben* [2].

Sequuntur nonnulla de precibus dicta, reverentia deorum et pietate et religione quasi imbuta, quae dubitandum quidem est, num suo iure Epicteti nomen prae se ferant [3]. Sed aut Epictetus auctor est aut Stoicus eiusdem aetatis ea composuit, qui a mente et voluntate Epicteti non abhorrebat. Mente enim ut di colantur postulat, aeque atque Epictetus, non bona corporis sed animi petenda esse dicit, p. 479 (ed. Schenkl): 1. *Θεοὺς δικαίᾳ καὶ μεμετρημένῃ διαθέσει τίμα, ἀλλὰ μὴ ἀμέτροις δωρεαῖς κολάκευε . . . . Θεοῖς θῦε, μὴ ἵνίκα ἂν πλουτήσῃς, ἀλλ' ἵνίκα ἂν φρονήσῃς.* 2. *Παρὰ θεῶν μὴ συνεχῆ αἴτει ὑγίειαν σώματος, ἀλλὰ διηνεκῶς λάμβανε σωφροσύνην ψυχῆς . . .* 3. *. . . τότε σοι εἰσακούσουσιν οἱ θεοὶ, ἵνίκα ἂν μὴ περὶ τῶν ἡδέων, ἀλλὰ περὶ τῶν καλῶν εὔχῃ.* 4. *. . . . εὐχόμενος τοιγαροῦν θεοῖς αἴτει τὰ θεῖα* [4].

---

immortales de suo scelere testatur neque intellegit, pietate et religione et iustis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione neque ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido. Similia leguntur in Persii sat. II.

[1] III 1 p. 312.

[2] Bonhoefferus p. 83 a se ipso dissidere Epictetum ostendit, cum alia tum haec annotans: *So wenig wir daran zweifeln dürfen, daß es dem Epiktet mit seiner Schätzung des bestehenden Kultus subjektiv ernst war, so müssen wir doch zugeben, daß die Konsequenz seiner hohen Moral eigentlich zur Verwerfung alles äußeren Götterkultus, zu einer bloßen Anbetung Gottes im Geist und in der Wahrheit führen mußte.* Quae quidem in omnibus fere philosophis valere dicendum est.

[3] Hac de quaestione H. Schenkl iudicat p. 479: *Etsi cum gnomologii Stobaeani indole egregie concinunt, nescio an hic illicve grassata sit imitatorum licentia.*

[4] Hierocles quoque Stoicus Musonio et Epicteto propinquus est. Cui

Epictetum servum maxime admirabatur Marcus Aurelius Antoninus, et imperator et philosophus ille. Ut ab aliis huiusce aetatis Stoicis, ab Antonino quoque non est exculta philosophia, contra scientiae doctrinam in usum vitae conferebat. Optime homines secundum eum deos venerantur, cum imitantur: *Μεγάλως συλλήψεταί σοι τὸ μεμνῆσθαι θεῶν καὶ ὅτιπερ οὐ κολακεύεσθαι οὗτοι θέλουσιν, ἀλλὰ ἐξομοιοῦσθαι ἑαυτοῖς τὰ λογικὰ πάντα*[1]. In omnibus rebus deorum opem invocari iussit: *ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ* (VI 23). Cum dei nobis provideant, sacrificant, iurant, precantur homines (VI 44)[2]. Laudat Atheniensium simplices rectasque preces, quippe quae non sint mea, tua, sua causa dictae, sed omnibus conducant: *Εὐχὴ Ἀθηναίων. Ὑσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων*[3]. *Ἧτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ οὕτως, ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως* (V 7)[4]. Homines a dis petere non oportet, ut avertant illa, haec dent, sed ut dei homines liberent timore, cupidine, maerore. Deinde exempla affert pravarum precationum, quas repudiat, et rectarum, quas non frustra fieri affirmat: *Οὗτος εὔχεται· Πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; σύ· Πῶς μὴ ἐπιθυμήσω τοῦ κοιμηθῆναι μετ' ἐκείνης* (IX 40). Ingenuum imperatorem ipsum quoque saepe esse precatum, praeclara eius professione elucet X 36: *Τοῦτο οὖν ἐννοήσεις ἀποθνήσκων καὶ εὐκολώτερον ἐξελεύσῃ λογιζόμενος· ἐκ τοιούτου βίου ἀπέρχομαι, ἐν ᾧ αὐτοὶ οἱ κοινωνοί, ὑπὲρ ὧν τὰ τοσαῦτα ἠγωνισάμην, ηὐξάμην, ἐφρόντισα, αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἐθέλουσί με ὑπάγειν.*

Pythagoram postulasse, ut sacrificantes non solum puro corpore sed etiam mente pura deum adirent, refert Diodorus Siculus X 9, 6—8. Si non Pythagorae ipsius, quod verisimile

---

Carolus Praechter *Hierokles der Stoiker*, 1901, fragmenta moralia adscribit apud Stobaeum tradita (anthol. I 53), quae inscribuntur *τίνα τρόπον θεοῖς χρηστέον*. Stoicus ille in Homericam sententiam A 497 *στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί* vehementer invehitur.

[1] *Εἰς ἑαυτόν* X 8 ed. Stich.

[2] Cf. Seneca de benef. IV 4, 2, quem locum attuli supra p. 36.

[3] Haec una est e paucis vulgi precationibus, quae nobis traditae sunt; cf. Aristides T. II p. 291 Dind. Horas precabantur Athenienses secundum Athen. XIV p. 451.

[4] Haec precatio ob simplicitatem in memoriam nobis reducit Socratis precationem Pani oblatam, cf. Anton. Comm. VI 23.

non est, certe tamen Pythagoreorum recentiorum erat praeceptum. Deinde de precibus stultorum hominum questus esse dicitur, quod nescirent, quae re vera bona essent, Diod. l. c. § 7: *Ὅτι ὁ αὐτὸς ἀπεφαίνετο τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι δεῖν τἀγαθὰ τοὺς φρονίμους ὑπὲρ τῶν ἀφρόνων. τοὺς γὰρ ἀσυνέτους ἀγνοεῖν τί ποτέ ἐστιν τῷ βίῳ κατὰ ἀλήθειαν ἀγαθόν.* Simile Pythagorae dictum legimus apud Diog. Laert. VIII 9: *Οὐκ ἐᾷ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἑαυτῶν διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸ συμφέρον.* Contra quod secundum Pythagoram homines precari decet, his continetur verbis Diodori l. c. 8: *Ὁ αὐτὸς ἔφασκε δεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς ἁπλῶς εὔχεσθαι τἀγαθά*[1]. Singula bona enumerari vetuit, cum homines exitum eventumque nescirent: *Καὶ μὴ κατὰ μέρος ὀνομάζειν, οἷον ἐξουσίαν, κάλλος, πλοῦτον, τἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια· πολλάκις γὰρ τούτων ἕκαστον τοὺς κατ' ἐπιθυμίαν αὐτῶν τυχόντας τοῖς ὅλοις ἀνατρέπειν*[2].

Adiungo quae de precibus dicta sunt in libello a nonnullis Pythagorae adscripto, cuius versus ipsius Pythagorae non esse luce clarius est. Nam per Pythagoram iuratur v. 47 editionis Mullachii. De precibus legimus vv. 48 sq.: *Ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι.* Hierocles, Platonicus quinti p. Chr. n. s. philosophus hoc aureum quod vocatur carmen commentatus est, qua ex interpretatione multa accipimus, quae nos docent, quomodo Pythagorei deum optime coli putaverint[3]. Dona et sacrificia contempsisse videntur. Optimum sacrificium pura mens est (ad v. 1): *Δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων πυρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. Τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς ἡδρασμένον συνάπτει θεῷ.* Verba quae sequuntur: *Ὅθεν καὶ μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι* solis Pythagoreis adscribi, ut vult Mullachius, falsum est, immo locus communis est[4]. Praestantissimum dei templum esse

[1] Cf. Socratis precationem saepius laudatam.

[2] Cf. Maximus Tyr. diss. XI 1—2; deinde quos locos R. Schuetze affert *Iuvenalis ethicus*, Diss. Gryphiens. 1905 p. 46 sq.; tum Clem. Alexandr. strom. VII 44, 857 Pott.: *Ἐσχάτη δὲ ἀμαθία . . . . . τὰ μὴ συμφέροντα αἰτεῖσθαι φαντασίᾳ ἀγαθῶν κακὰ αἰτουμένους σφίσιν.*

[3] Cf. v. 1 eius carminis et Hieroclis explicationem. Ceterum concedendum est fieri posse, ut commentario singula vel multa Neo-Pythagoreorum sint intermixta.

[4] Cf. simillima verba Maxim. Tyr. diss. XI 8: *Ἂν δ' ἐξέλῃς τοῦ βίου*

animam sanctam Pythagorei affirmabant. In libro posterioris aetatis[1], qui et ipse quoque Pythagorae suppositus est, in prooemio Zaleuci legum precationes commendantur quasi remedia malorum consiliorum. Postquam de vero cultu legimus[2], de precibus ipsis dicitur apud Stob. 44, 21: *Ἐὰν δέ τῳ παρασιῇ δαίμων κακὸς τρέπτων πρὸς ἀδικίαν, διαρίβειν πρὸς ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ τεμένεσι, φεύγοντα τὴν ἀδικίαν, ὡς δέσποιναν ἀσεβεστάτην καὶ χαλεπωτάτην, ἱκετεύοντα τοὺς θεοὺς συναποτρέπειν αὐτήν*[3]. Simile est Biantis dictum Stob. V 30, quo loco precantibus

---

φιλοσοφίαν, ἐξεῖλες αὐτοῖ τὸ ζώπυρον . . . τὸ μόνον εὔχεσθαι ἐπιστάμενον. Porphyr. ad Marcell. 16: *Μόνος οἶν ἱερεὺς ὁ σοφός, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔχασθαι.* Cf. Demophili sent. Pythag. 7 (Orelli opusc. Graec. sent. I p. 36): *Γλώσσαίζος ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς εὐχόμενος καὶ θέων τὸ θεῖον μαίνει· μόνος οἶν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.* Cf. Ritter-Preller, hist. phil. gr. rom. 1898 de cultu quo venerabantur Stoici sapientem, p. 430 (Stob. Ecl. II 116): *Λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφόν, φαῦλον δὲ μηδένα· τὸν γὰρ ἱερέα εἶναι δεῖν ἔμπειρον νόμων τῶν περὶ θυσίας καὶ εὐχὰς καὶ καθαρμούς.*

[1] Quo tempore ortus sit, dicit Zeller *Grundriß* 1905 p. 273 sq.: *Um das Ende des 2. oder den Anfang des 1. vorchristl. Jahrh. scheint zuerst, wahrscheinlich in Alexandria, der Versuch gemacht zu sein, auch die pythagoreische Wissenschaft, durch spätere Lehren erweitert und befruchtet, neu zu beleben. Die ersten nachweisbaren Belege dieser Bestrebungen finden sich in untergeschobenen pythagoreischen Schriften . . . den von Cicero (Legg. II 6, 14) angeführten Prooemien zu den Gesetzen des Zaleukus und Charondas.*

[2] Deus sola virtute pioque animo colitur, contra a malo homine coli non potest, cf. Charondas apud Stob. 44, 40. Precationem quam ante cenam precari solebant, Diotogenes Pythagoreus digne dicit id spectare, ut anima pia grataque sit, Stob. 43, 130: *Καλῶς δὲ καὶ τὸ τὸν θεὸν ἐν ἀρχῇ τῷ δείπνῳ καὶ τῷ ἀρίστῳ ἐπικαλέεσθαι, οὐχ ὡς δεόμενόν τινος τῶν τοιούτων, ἀλλ' εἰς τὸ μνησθέντας κατακοσμηθῆμεν τὰν ψυχάν.* De invocatione dei, et cum ad mensam venerunt et cum finitae erant epulae, cf. v. Lasaulx *Stud. des kl. Alt.* p. 151. — Graviter et sollemniter, non obiter deum coli volebant Pythagorei, cf. Plutarch. Numa 14; Sittl *Die Gebärden der Griechen und Römer* p. 181 sqq.

[3] Cf. Diodor. X 9, 12; 20. Boethius, philos. consol. lib. V 164 sqq. Peiper: *Nec frustra sunt in deo positae spes precesque: quae cum rectae sunt, inefficaces esse non possunt. Adversamini igitur vitia, colite virtutes, ad rectas spes animam sublevate, humiles preces in excelsa porrigite. Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.*

suadet, ut bonis corporis contemptis[1] deorum auxilium precando implorent: *Ὧν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεὶς οὐ δεήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει πάντων· καὶ ὧν ἀπαλλαγεὶς δεήσῃ, πρὸς ταῦτά σοι ἀσκουμένῳ τοὺς θεοὺς παρακάλει γίνεσθαί σοι συλλήπτορας*[2]. Ex aliis verbis, quae Biantis esse dicuntur, elucet Pythagoreos putasse improbos homines deis supplicantes non exaudiri, immo vero puniri, Florileg. Monacense 169: *Ὁ αὐτὸς (Βίας) ποτὲ συμπλέων ἀσεβέσι, χειμαζομένης τῆς νεὼς κἀκείνων τοὺς θεοὺς ἐπικαλουμένων, σιγᾶτε, ἔφη, μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας*[3].

Exemplar pii diisque gratissimi viri esse Apollonium Tyanaeum[4] Neo-Pythagorei putabant, cuius vitam miraculis plenam Philostratus descripsit[5]. Persuasum habebat sacrificia non prodesse, nisi mens pia esset, pluris quam sacrificia esse precationem deo dignam[6]. Pulchrae precationes commendantur et simplices. Apollonius ipse hoc modo deos invocabat: *Ὦ θεοί, δώητέ μοι σμικρὰ ἔχειν καὶ δεῖσθαι μηδενός.*[7] Aut implorabat superos *δικαιοσύνην εἶναι, νόμους μὴ καταλύεσθαι, πένεσθαι τοὺς σοφούς, τοὺς δ' ἄλλους πλουτεῖν μέν, ἀδόλως δέ*[8]. Quaerentibus, quae vera esset sapientia, respondit: *Θειασμὸς . . . καὶ ὡς ἂν τις θεοῖς εὔχοιτο καὶ θύοι*[9].

---

[1] Cf. Biantis dictum Stob. V 29: *Ὧν ἡ τύχη κυρία δοῦναι καὶ ἀφελέσθαι, οὐ δεήσῃ οὐδενός.*

[2] Cf. Anton. comm. (supra p. 38). Haec Biantis verba paullulum mutavit Porphyr. ad Marc. 12: *Ὧν δὴ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσα οὐ δεηθήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει κτλ.* Etiam sequentibus verbis Porphyrius cum Biantis verbis Stob. V 29 ex parte consentit. Utrumque Meinekium Stobaei editorem effugisse videtur. Denique Biantis dictum Stob. V 28 non multum mutatum invenitur Porph. ep. ad Marc. 29, ut Porph. in sola ad Marcellam epistula ter Biante usus sit.

[3] Stob. flor. ed. Mein. IV p. 280.

[4] De Apollonio scripsit Chr. Baur *Tübinger Zeitschr. f. Theologie* 1832, *Heft* 4.

[5] Cf. Zeller III 2 p. 150: *Seiner (des Apollonius) sagenhafter Gestalt bemächtigte sich (um 220 n. Chr.) Philostratus, um in der angeblichen Biographie des Tyanensers eine Apotheose des Pythagoreismus zu schreiben.* Cf. p. 158.

[6] Vita Apoll. I 10sq. Cf. Apollonii epistulam XXVII (ed. Kayser): Dei sacrificiis non indigent. Qui sapientes sunt et quam maxime possunt beneficia conferunt in eos qui merentur, deis grati sunt, cum sacra facere etiam ei possint, qui deum esse negent. Cruenta sacrificia improbabat, cf. Zeller III 2 p. 157.

[7] I 34, 1. [8] IV 40, 2. [9] IV 40sq.

Maximus Tyrius, philosophus vel sophista et rhetor, Platonicus *Πυθαγορίζων*[1], qui syncretismo indulgebat et sententias Platonicorum cum Stoicorum doctrina commiscebat, dissertatione undecima, quae inscribitur *εἰ δεῖ εὔχεσθαι*, stultarum precationum ab exemplis orsus, cum in Homerum pravas praebentem preces invehitur[2], ad rem ipsam pertractandam aggreditur. Nam sibi proponit ut demonstret melius esse omnino omittere preces. Quod ut ostendat, Platonis sententiis quibusdam utitur, e. g. cum dicit mutari aut poenitentia duci bonum virum dedecere, multo autem magis deum[3]. Deinde preces inutiles atque non necessarias esse affirmat, quia bonus vir, etiamsi non precetur, semper accipiat, quae optet, neque umquam malus, quamvis invocet deos, exaudiatur. Non interesse precari homines aut precationibus desistere, sed dignos esse et pios. Quin etiam qui precatur, peccare paene videtur[4]. Dux, qui aut nescire potest aut corrumpi muneribus aut decipi, de postulationibus militum decernit *κατὰ τὴν χρείαν τῆς τάξεως*. Item deus recte decernet: *Οὔτε οὖν εὐχομένοις δώσει παρὰ τὴν ἀξίαν, οὔτε οὐκ εὐχομένοις οὐ δώσει κατὰ τὴν ἀξίαν*[5]. Dicentem aliquem inducit qui censet, quaecunque sibi evenire precentur homines, aut regi providentia, quae dei sit, aut fato cogi, quod sit necessitatis, aut casu mutari, qui fortuitus sit, aut dependere arte, quae sit hominis. Sperare nos non posse iudicat fore ut a providentia exaudiamur, quia deus singula neglegit (§ 4); deinde a fato aliquid peti ridiculum esse; sacrificia quoque precationesque esse inutilia, quia ipsi dei fato parere cogantur (§ 5), fortunae autem supplicare homines dementi et insipienti stultum esse, atque aeque ineptum esse nos precari, cum arte opus sit. Ipsi homines quae volunt, efficere possunt (§ 6).[6] Bona

[1] Zeller III 2 p. 203—204: *Dieser Mann steht mit Plutarch auf demselben Boden des eklektischen Platonismus, der sich bereits deutlich zum Neuplatonismus hinüberneigt.*

[2] XI 3 imprimis Homeri versum Il. IX 497 acerrime improbat.

[3] § 3: *Μετατίθεσθαι γὰρ καὶ μεταγιγνώσκειν προσήκει μὴ ὅτι θεῷ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρὶ ἀγαθῷ κτλ.* Cf. Porphyr. de abst. II 60; ad Marc. ep. 19; Sen. nat. quaest. VII 1; Stob. anthol. I 53; Plato Pol. 364 B sqq.; 365 E; Legg. 905 D.

[4] XI 3. [5] § 3 sub fine.

[6] Haec Stoica opinio est, de Socrate loquitur § 8.

animi bonus vir sibi ipse comparat, precationes igitur inutiles sunt; funditus autem repudiandum est homines bona corporis a dis petere, quia *οὐδὲν αἰτεῖς τῶν καλῶν* (§ 7 init.). Quamquam Maximus Tyrius preces omnino ita improbare videtur, tamen fine dissertationis instruimur eum aliter iudicare. Ut graviter precentur homines adhortatur, cum deus iudex severus sit, cui non lamentando aut gemendo instare possint[1]. Precabantur quidem magni philosophi, e. g. Socrates et Pythagoras et Plato et quisquis diis amicus erat. Neque vero petebant a dis bona corporis. Quam vere piam philosophorum orationem, quae nominatur *ὁμιλία καὶ διάλεκτος πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν παρόντων καὶ ἐπίδειξις τῆς ἀρετῆς*[2], Maximus Tyrius quoque admittit atque non modo eam tolerat, sed etiam laudat et praedicat. Qua re patet eum non in omnes precationes[3] invectum esse, sed tantum in eas quas pravas esse persuasum habebat[4]; id est, in eas, quae ad bona corporis spectabant.

Nulli philosophorum doctrinae addictus Lucianus erat. Cuius in dialogo, qui inscribitur Iuppiter confutatus, Cyniscus Cynicus Iovi demonstrat preces et sacra inutilia et supervacanea esse, si re vera di imperio Fati subiecti et obnoxii sunt[5]. Quas impias sententias Iuppiter exsecrandis sophistis crimini dat, qui alios quoque precibus et sacrificiis prohibeant, quippe quae cassa sint et vana[6]. Nihilominus ipse concedere cogitur re vera nihil prodesse sacrificia hominibus, reverentia

[1] Similiter accusatos misericordiam iudicum omni modo captasse Aristophanes, iocose quidem, describit in Vespis v. 976 sqq.

[2] Similiter Plutarchus quoque censet Mor. 351 C: *Πάντα μὲν δεῖ τὰ ἀγαθὰ τοὺς νοῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν* (cf. Plat. Tim. 27 C), *μάλιστα δὲ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης ὅσον ἐφικτέον ἐστὶν ἀνθρώποις μετιόντες, εὐχόμεθα τυγχάνειν παρ' αὐτῶν ἐκείνων.*

[3] Hoc opinatur Ad. v. Harless *Das Buch von den ägyptischen Mysterien* Monaci 1858 p. 75. Falsum est.

[4] Cf. R. Rohdich *De Maximo Tyrio theologo*, Diss. Vratislav. 1879 p. 41: *Tota haec argumentatio ratio sophistica atque ita comparata est, ut, quae proferuntur, ea magis instrumenta appareant, quibus propositum confirmetur, quam e vera sententia dicta.* Cf. Damii quoque verba a Rohdichio laudata p. 41: *Maximus redet bedingungsweise: wenn es ein solches Schicksal gibt, so ist alles Beten vergeblich; denn mehrere als die oben gedachten vier Fälle* (*πρόνοια, εἱμαρμένη s. ἀνάγκη, τύχη, ἀνθρωπίνη τέχνη*) *sind nicht möglich.*

[5] Iupp. confut. c. 5, cf. c. 11. [6] c. 6.

sola adduci homines ut colant superos[1]. Quo facto Cyniscus Iovis verbis *ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ γίγνεσθαι τὰς θυσίας* se contentum esse confitetur. Homines igitur quasi clementia et misericordia commoti deos colunt. Alio loco Iuppiter quamquam valde perterritus timet, ne sacrificiis omnique cultu priventur dei, si Epicureorum doctrinam sequantur homines, tamen paullo post se consolatur, quod perditissima et infima Graecorum faex (*ὁ σύρφαξ*) et omnes barbari in officio permaneant[2]. Neque quam pia stultaque veneratione vulgus colat deos, Lucianus irridere desistit. Deos enim nihil gratuito facere omnibus persuasum esse[3], turpissimas et inhonestissimas preces fundi; quas non exauditas deflat Iuppiter: *Τὰς δὲ ἀνοσίους (τῶν εὐχῶν) ἀπράκτους αὖθις ἀπέπεμπεν (ὁ Ζεὺς) ἀποφυσῶν*[4] *κάτω, ἵνα μηδὲ πλησίον γένοιντο τοῦ οὐρανοῦ.*

Gravius quam Maximus Tyrius et Lucianus[5], quorum alter satis leviter parumque subtiliter se ad philosophiam conferebat, alter philosophos cavillabatur et philosophiam in ludibrium vertebat, Plotinus (204/5—270/71 p. Chr. n.) in una philosophia versabatur. Quid senserit de religione, Zeller dicit III 2 p. 664: *Plotin stand der positiven Religion, trotz seiner Mythendeutung und trotz seiner Ansichten über Weissagung und Magie, verhältnismäßig noch frei gegenüber; er fühlt sich auf seinem idealen Standpunkt in der Philosophie und der philosophischen Gesinnung befriedigt und kann die sinnlichen Stützen des äußeren Kultus entbehren.* Quod ut ostendat, Zeller affert, quod Plotinus Amelio ut sacrificaret optanti respondisse dicitur: *Ἐκείνους* (scil. *τοὺς θεούς*) *δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι, οὐκ ἐμὲ πρὸς ἐκείνους*[6]. Nihilominus Plotinus demonstrare studet fieri posse, ut precationes magnam vim effectumque habeant, quamquam deum hominibus pro-

[1] c. 7. [2] Iupp. trag. c. 18 sq.

[3] *Περὶ θυσιῶν* c. 2: *οὕτως οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ἀμιαθὲς ποιοῦσιν ὧν ποιοῦσιν, ἀλλὰ πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθά, καὶ ἔνεστι πρίασθαι παρ' αὐτῶν τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἰ τύχοι βοϊδίου.* Cf. Aristophanes, Eccles. v. 778 sqq.

[4] Cf. quae annotat Fritzschius ad hunc locum.

[5] Dio Prusensis quomodo iudicaverit de simulacris deorum et precationibus invenies apud H. v. Arnim *Leben und Werke des Dio von Prusa* 1898 p. 478.

[6] Zeller III 2 p. 470, 1: *Hat Plotin dies wirklich gesagt, so wollte er damit ohne Zweifel ausdrücken, die Gottheit müsse im Innern des Menschen einkehren, nicht außer ihm in den Tempeln aufgesucht werden.*

spicere et curare negat [1]. Si preces non exaudiuntur, preces atque cultus deorum reicienda sunt. Quam conclusionem Plotinus sibi non constans evitavit, cum cognationem esse quandam naturae atque quasi concentum et consensum omnium rerum affirmabat, quem Graeci *συμπάθειαν* appellabant. Qua arcana vi [2] proprie quidem preces non exaudiuntur [3]. Sidera neque precationes exaudiunt [4] neque alia, quae in terris fiunt, intellegunt [5]. Non reminiscuntur invocationum, ut hac ipsa de causa hominibus obtemperare non possint [6]. Acerrime invehitur in eos qui opinantur sidera non solum iusta facta sed etiam iniusta perficere. Quos refutari vult imprimis eorum causa qui graviter ferunt *θεοὺς συνεργοὺς καὶ αἰτίους γίγνεσθαι ἀτόπων ἔργων τῶν τε ἄλλων καὶ δὴ καὶ πρὸς ἔρωτας καὶ ἀκολάστους συλλήψεις* [7]. Miro quodam concentu et consensu rerum continetur effectus precationum [8]. Precatio igitur prorsus cum

[1] Cf. Zeller III 2 p. 626, p. 560.

[2] Plotini Enneades (ed. R. Volkmann Lips. 1883/84) IV 4, 41: voti potestatem in consensu quodam partium consistere putat, quemadmodum in nervo tento contingat: *Καὶ γίνεται τὸ κατὰ τὴν εὐχὴν συμπαθοῦς μέρους μέρει γενομένου, ὥσπερ ἐν μιᾷ νευρᾷ τεταμένῃ.*

[3] IV 4, 40: *Καὶ τὰς ἄλλας δὲ εὐχὰς οὐ τῆς προαιρέσεως ἀκουούσης οἰητέον.*

[4] L. c. 41: *Ὁ δὲ ἥλιος ἢ ἄλλον ἄστρον οὐκ ἐπαΐει.*

[5] Cf. Zeller III 2 p. 566 sq.

[6] L. c. 42: *Ὥστε οὔτε μνήμης διὰ τοῦτο δεήσει τοῖς ἄστροις . . . οὔτε αἰσθήσεων ἀναπεμπομένων· οὐδὲ ἐπινεύσεις τοῦτον τὸν τρόπον εὐχαῖς ὡς οἴονταί τινες προαιρετικάς τινας.* Secundum Zellerum, si verba § 30 respiciuntur *δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ εὐξαμένων ποιοῦσι καὶ οὐ παραχρῆμα δρῶσιν αὐτά, ἀλλ' εἰς ὕστερον καὶ πάνυ πολλάκις εἰς χρόνους, μνήμην ὧν εὔχονται ἄνθρωποι πρὸς αὐτοὺς ἔχουσιν* verba, quibus incipit § 30: *Νῦν δ' ἐπειδὴ μνήμας μὲν ἐν τοῖς ἄστροις περιττὰς εἶναι ἐθέμεθα, αἰσθήσεις δὲ ἔ⟩ομεν καὶ ἀκούσεις πρὸς ταῖς ὁράσεσι καὶ εὐχῶν δὴ κλύοντας ἔφαμεν* significare non possunt sidera sensu proprio exaudire preces, contra *εὐχῶν κλύειν* hoc loco intellegendum est vota rata esse. Zeller l. c. 627, 1: *Daraus aber, daß die Gestirne überhaupt in gewissem Sinne sehen und hören, folgt noch nicht, daß sie auch die Gebete der Menschen hören.* — § 26 de terra *ἔσονται αἱ αἰσθήσεις οὐ τῶν μικρῶν ἀλλὰ τῶν μεγάλων . . . καὶ ἀκούειν δὲ εὐχομένων καὶ ἐπινεύειν εὐχαῖς οὐχ ὃν ἡμεῖς τρόπον.* § 25 dicit Plotinus astra etsi sentire se nostras res fortasse non animadvertunt, tamen bene faciunt precantibus occulto quodam naturae consensu.

[7] Cf. Porphyr. ep. ad Aneb. init. ed. Parthey (v. infra 47, 3).

[8] IV 4, 41 sq.; § 26; § 37.

magica vi coniungitur, quin immo unum idemque est, ennead. IV 4, 38: *Εὐχαὶ ἢ ἀπλαὶ ἢ τέχνῃ ᾀδόμεναι*[1]. Illis precationes, his cantus magici significantur.

Porphyrius horrebat cruenta sacrificia, cum victimas immolari turpe esse putaret, et carne edenda abstinebat[2]. Cultui non magnam vim attribuebat[3], non sacrificiis et precibus opus esse[4] putabat, sed bonis factis, vita pura, pio animo[5]. Summum sacrificium est recta opinio deorum et animus deis similis. Fieri posse dicit, ut imperitus adulescens, quippe qui opinetur deos sacrificia magni aestimare, putet sibi peccare licere, cum sacrificio culpam quasi corrigere possit. Sin autem deos vere cognoverit, ut pius sit et iustus contendet[6]. Templum dei nullius rei indigentis[7] anima sapientis est[8]. Neque tamen Porphyrius omnia omnino sacrificia improbabat, immo deis ordine diversis diversa sacrificia fieri affirmat. Summo quamquam deo ne oratio quidem quae audiatur, convenit, tamen secundi ordinis deos verbis invocari non vetat[9].

[1] IV 4, 26; cf. Zeller p. 628, 1; 629.

[2] Cf. eius de abstinentia lib. II.

[3] Ad Marcellam ep. c. 18: *Βωμοὶ δὲ θεοῦ ἱερουργούμενοι μὲν οὐδὲν βλάπτουσιν, ἀμελούμενοι δὲ οὐδὲν ὠφελοῦσιν.*

[4] Malis daemonibus homines impulsi sunt ut errore capti opinarentur deos non solum bonum sed malum sibi tribuere; qua re iram placandam esse caelestium sacrificiis precibusque homines existimare (De abst. II 40).

[5] Ad Marc. c. 17. Secundum Augustinum Civ. D. X 26 Porphyrius de angelis dixerat: *Imitandos esse potius quam invocandos*, ad quem locum annotat Zeller III 2 p. 665, 8: *Was natürlich von den Göttern noch mehr gelten muß.* Cf. ad Marc. c. 19: *Καὶ οὐχ ὅτι τινὰ ποιοῦντες ἢ δοξάζοντες περὶ θεοῦ καλῶς τοῦτον σέβομεν· οὔτε δάκρυα καὶ ἱκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσιν . . . . ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα καλῶς ἡδρασμένον συνάπτει θεῷ.*

[6] De abst. II 60; cf. ad Marc. 11, 16, 17. [7] Ad Marc. c. 18.

[8] Ad Marc. c. 19: *Σοὶ δὲ ὥσπερ εἴρηται, νεὼς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὁ ἐν σοὶ νοῦς.*

[9] De abst. II 34, cf. 37: *Ὁ μὲν πρῶτος θεὸς ἀσώματός τε ὢν καὶ ἀκίνητος καὶ ἀμέριστος καὶ οὔτε ἔν τινι ὢν οὔτ' ἐνδεδεμένος εἰς ἑαυτόν, χρῄζει οὐδενὸς τῶν ἔξωθεν, ὥσπερ εἴρηται* (c. 34) *. . . τοῖς δὲ λοιποῖς θεοῖς, τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς ἀπλανέσι καὶ πλανωμένοις, ἔκ τε ψυχῆς καὶ σώματος οὖσιν ὁρατοῖς θεοῖς ἀντευχαριστέον τὸν εἰρημένον τρόπον διὰ τῶν θυσιῶν τῶν ἀψύχων. . . τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος οὕτω μὲν κοινῶς προσαγορεύεται τῷ τῶν δαιμόνων ὀνόματι, πεῖσμα δὲ περὶ πάντων τοιοῦτόν ἐστιν ὡς ἄρα καὶ βλάπτοιεν ⟨ἂν⟩ . . . καὶ πάλιν εὐεργετοῖεν ἂν τοὺς εὐχαῖς τε αὐτοὺς καὶ λιτανείαις θυσίαις τε καὶ τοῖς ἀκολούθοις ἐξευμενιζομένους.*

Alio loco[1] similiter dei et dona singulis offerenda discernuntur. Ut Porphyrius ipse testatur, Platonicorum sententias refert (*ἃ οὖν τῶν Πλατωνικῶν τινες ἐδημοσίευσαν*). A deis secundi ordinis nihil nisi dignum petere debemus, id est bonum. Quod deus ipse et est et vult, orandum et cupiendum est[2].

Porphyrii si puram mentem et sententias Christianae religioni e parte finitimas deliberamus, non mirum esse nobis videtur, quod multae vulgaris religionis cultusque partes ei offensioni erant, molestae et odiosae. Multas eiusmodi dubitationes in epistula ad Anebonem[3] scripta profitetur. Ipso initio quaerit, cur, si omnes di in caelis solum habitent, dei quoque terrestres et subterranei invocentur a theurgis[4]. Qui de deis, quos patibiles esse dicunt, turpissime sentiunt. Sin autem impatibiles sunt, nihil proficit deos invocare, placare, expiare, cum dei, quippe qui impatibiles sint, nullo modo ut faciant aliquid adduci possint[5]. Si patibiles dei invocarentur, nihil differre a daemonibus ostendit; sed ad deos quoque Homeri impia verba spectare Il. IX 493: *Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί*. Contra deos, cum purae mentes sint, inflexibiles esse et rebus corporis non permixtos. Precationes ipsae a pura deorum mente abhorrent, multo autem magis sacrificia, quae eis, quasi sensu et anima utentibus, offeruntur[6]. Quomodo fieri potest, ut dei qui a cultoribus puritatem exposcunt neque exaudiunt re venerea contaminatum, iniusta et impura facinora adiuvent[7]? Mira Aegyptiorum incantamenta improbat[8], inepta deorum nomina et barbara reicit, quae graecis efficaciores esse nonnulli opinentur, quasi, ut ironice addit, etiam deis

---

[1] De abst. II 27. [2] Ad Marc. ep. 12, 13.

[3] Graece epistula plerumque apud Eusebium et Theodoretum inscribitur *πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον*. Cf. Zeller p. 661, 1. Edidit praeter alios epistulam Parthey *Jamblichi de Mysteriis liber* (1857) p. XXIX sqq.

[4] Cf. c. 3.

[5] C. 41 (init.): *Εἰ δὲ ἀπαθεῖς, μάταιαι αἱ θεῶν κλήσεις ἔσονται, προσκλήσεις αὐτῶν ἐπαγγελλόμεναι καὶ μήνιδος ἐξιλάσεις . . . ἀκήλητον γὰρ καὶ ἀβίαστον, καὶ ἀκατανάγκαστον τὸ ἀπαθές.*

[6] C. 5: *Αἱ δὲ λιτανεῖαι ἀλλότριαί εἰσι προσφέρεσθαι πρὸς τὴν τοῦ νοῦ καθαρότητα. Ἀλλὰ καὶ τὰ προσαγόμενα ὡς πρὸς αἰσθητικοὺς καὶ ψυχικοὺς προσάγεται.*

[7] C. 18. [8] C. 32.

sermo sit patrius[1]. Porphyrius quamvis dubitet de multis rebus, tamen in precatione sollemni perseverare non desistit. Qui deos esse negant (*οἱ τὴν πρώτην ἀθεότητα νοσήσαντες*[2]), eis precatio emolumento non est, immo, si constantes esse volunt, reicienda, non aliter atque eis qui, quamquam deos esse credunt, tamen providere hominibus non concedunt et eis, qui deos et esse et providere pro certo habentes omnia fato fieri putant. Qui autem providentiam esse concedit eum precari oportet usumque precationis agnoscere[3]. Ipsum virtute praeditum et sanctum imprimis precari decet, quia precibus arte coniungitur cum deo. Qui in vinculis compedibusque corporis vitam miserrimam trahit virtutis tenax, ei invocandi sunt parentes, dei precibus, ut consocietur cum superis[4]. Quam ob rem omnes sapientes et Graecorum et aliarum gentium diligentissime et saepissime precatos esse ostendit[5]. Nos, mundi partes, universum precari debemus, a quo partes perfectum accipiunt, sive agitur de virtute sive de bonis corporis[6].

Hermarchi Epicurei conclusiunculam fallacem, quam contra Platonis verba Tim. 27 C protulit, qua contendit, si precatione opus esset in omnibus rebus, precatione etiam in precatione ipsa opus esse[7], Porphyrius secundum Proclum in Tim. 66 E hoc modo dissolvit: *Ὅτι οὐκ εἴρηται ἐπὶ παντὶ πράγματι δεῖν εὔχεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ πράγματος· ἐπὶ πράγματα μὲν οὖν ὁρμῶμεν, ἐπὶ δὲ ὁρμὰς οὐχ ὁρμῶμεν, ὥστε οὐκ ἐπ' ἄπειρον ἡ ὁδός*[8].

Summus Porphyrii discipulus Iamblichus[9] erat, cuius librorum paucae extant reliquiae. Ei persuasum est nulla

[1] C. 33: *Τί δὲ καὶ τὰ ἄσημα βούλεται ὀνόματα καὶ τῶν ἀσήμων τὰ βάρβαρα* (cf. Plutarch. de superst. p. 166 B: *Ἀτόποις ὀνόμασι καὶ ῥήμασι βαρβαρικοῖς . . .) πρὸ τῶν ἑκάστῳ οἰκείων, . . . οὐ γάρ που καὶ ὁ καλούμενος Αἰγύπτιος ἦν τῷ γένει.*

[2] Cf. Platon. Legg. 888 B *τὴν νόσον ἔχοντες.*

[3] Proclus in Platonis Timaei commentario (ed. E. Diehl, Lips. 1903) Porphyrii sententiam refert p. 64 A sqq. — 64 B: *Ὅσοι δὲ καὶ εἶναι καὶ προνοεῖν φασιν αὐτοὺς καὶ πολλὰ τῶν γιγνομένων ἐνδέχεσθαι καὶ ἄλλως ἔχειν, οὗτοι καὶ τὰς εὐχὰς εἰκότως παραδέχονται καὶ τὸν βίον ἡμῶν ἀνορθοῦν ὁμολογοῦσι.*

[4] 64 B.

[5] 64 B (in fiue paragraphi).

[6] 64 C.

[7] v. supra p. 24.

[8] Cf. quas annotationes Porphyrii verbis l. c. addidit Proclus.

[9] De Theodoro Iamblichi discipulo dicit Zeller III 2, p. 727: *Zur Religion verhielt er sich ähnlich wie Jamblich, so viel sich wenigstens aus*

re efficacius homines dei clementiam assequi quam precatione [1]. Fieri posse ut precationes exaudiantur, demonstrare conatur, cum dicit deos etiam sine auribus oculisque precantes audire et videre posse, cum omnibus negotiis intersint et, quaecumque boni homines agant, comprehendant. Hoc quidem fit in opusculo perperam ad Iamblichum relato, cui nomen est De mysteriis Aegyptiorum liber, I c. 15 [2], quod et hoc loco et aliis Iamblichum sequi videtur [3]. Scrupulos, quos Porphyrius in epistula ad Anebonem libere de religione vulgi professus erat, refutare vult auctor. Affirmatur igitur libro deos ab hominibus theurgia non cogi aliquid facere [4], sed ostenditur deorum cultorem suum commovere animum, ut se facilem praebeat rebus divinis [5]. Fere omnes Porphyrii dubitationes discutiuntur [6]. Nomina deorum mutari improbat auctor, cum non retineant vim in alium sermonem translata. Nomina anxie observat neque toto pectore, tota cogitatione, ardore animi adductus precatur, immo ut Harlessius [7] dicit: *Man sieht: an die Stelle des Gebets tritt die Magie des Worts, der Formel.* Quamquam vulgi de deis opinionibus saepe assentiebat, tamen etiam Pseudo-Iamblichus Porphyrium sequens persuasum habebat deos esse inflexibiles et sensibilibus rebus impermiscibiles, ad quos

den Ausführungen des Proclus über seine Ansichten von den untergeordneten Göttern, ... und über das Gebet (Proclus in Tim. 65 E) abnehmen läßt. Hoc loco Proclus Theodorum omnia excepto primo precari dixisse refert: *Πάντα γὰρ εὔχεται, πλὴν τοῦ πρώτου, φησὶν ὁ μέγας Θεόδωρος.* Zeller addit l. c.: *Dies weist auf die Ansicht, daß das Gebet die allgemeine Bedingung für die Vermittlung des Zusammenhangs zwischen dem höheren u. dem niedrigen sei, womit eine magische Auffassung desselben von selbst zugegeben wird.*

[1] Proclus 64 C: *Ὁ δέ γε θεῖος Ἰάμβλιχος . . . παραδίδωσι . . τήν τε δύναμιν τῆς εὐχῆς καὶ τὴν τελειότητα θαυμαστήν τινα καὶ ὑπερφυῆ καὶ πᾶσαν ὑπεραίρουσαν ἐλπίδα.* In Protreptico (ed. Pistelli) p. 14, 24 sqq. de precibus Iamblichus loquitur hoc modo: *Ἐν δὴ τούτοις* (carm. Pyth. aur. vv. 61—63 respicit) *μία μὲν ἀρίστη παράκλησις εἰς τὴν θείαν εὐδαιμονίαν ἡ μεμιγμένη ταῖς εὐχαῖς καὶ ἀνακλήσεσι τῶν θεῶν καὶ μάλιστα τοῦ βασιλέως αὐτῶν Διός.*

[2] Ed. Parthey 1857. [3] V. Zeller III 2 p. 699, 2; cf. 715.

[4] Hanc sententiam Porphyrius improbaverat, ep. ad Aneb. c. 5.

[5] I 12.

[6] Zeller III 2 p. 720: *Allerdings sind die philosophischen Gründe bei ihm nur eine nachträgliche Stütze für Überzeugungen, die ihm vor allem Gründen feststehen.* Cf. imprimis lib. de myst. IV 11.

[7] *Das Buch von den ägyptischen Mysterien* p. 75.

preces nuncupandae sint. Nam optimum quod in hominibus est, id est divinum, intellectuale, unum vel intellegibile pervenire ad perfectionem annititur, cum precamur[1]. Precationes a dis exaudiuntur, precantes ipsi cum deis coniuncti sunt[2]. Non abhorrent invocationes a puritate numinum. Immo vero quam maxime possunt deis supplicationes offerre homines decet ob ipsam eorum excelsitatem. Vanitatis nostrae atque fragilitatis conscii impellimur, ut precemur, quia precibus propius admovemur ad similitudinem deorum[3]. Accedit quod dei ipsi carmina sacra (*ἱερατικαὶ ἱκετεῖαι*) cum sacerdotibus communicaverunt[4], quae a solis dis intellecta non cum hominum precationibus conferenda sunt[5]. Ultimo capite (c. 26) libri quinti, qui ceteroqui sacrificiis[6] destinatus est, de precibus agitur. De arta precationum cum sacrificiis coniunctione locutus[7] diversa precationum genera accuratius explicare aggreditur[8]. Tria *εἴδη* discernuntur:

I. *εἶδος συναγωγόν* (germanice versum *Gebet der Sammlung*), qua precatione cum deo coniungimur et res divinas cognoscimus[9].

II. *εἶδος κοινωνίας ὁμονοητικῆς συνδετικόν* (consensus communionisque vinculum)[10], qua precatione etiam antequam lo-

---

[1] I 15 (p. 46, 9 sqq.). Magna precationum emolumenta praedicantur I 12 (p. 41, 10 sqq.); cf. p. 41, 15 sqq.

[2] I 15 (p. 46, 15 sqq.; 47, 2 sqq.). [3] I 15 p. 47, 11 sqq.

[4] I 12 (p. 42, 6—17); cf. p. 109, quo loco dicit daemones singulos instruere homines quomodo velint invocari et coli. [5] IX 10 (p. 284).

[6] Cf. Zeller III 2 p. 721 sqq.

[7] Precationibus sacrificia perficiuntur et dei cum sacerdotibus quasi copulantur.

[8] V 26: *Ἐπεὶ δὲ μέρος τῶν θυσιῶν οὐ τὸ σμικρότατόν ἐστι τὸ τῶν εὐχῶν, συμπληροῖ τε αὐτὰς ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ διὰ τούτων κρατύνεται αὐτῶν καὶ ἐπιτελεῖται τὸ πᾶν ἔργον, κοινήν τε συντέλειαν ποιεῖται πρὸς τὴν θρησκείαν, καὶ τὴν κοινωνίαν ἀδιάλυτον ἐμπλέκει τὴν ἱερατικὴν πρὸς τοὺς θεούς, οὐ χεῖρον κτλ.* Quo loco Pseudo-Dionysium Areopagitam, de caelesti hierarchia III 1, 1 usum esse demonstravit Hugo Koch *Pseudo-Dionysius Areopagita in seinen Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen* (*Forschungen zur christlichen Litteratur- und Dogmengeschichte*, I Bd., 2. und 3. Heft, Mainz 1900) p. 179.

[9] Intellegentiam deorum ut assequatur ipse petit in fine libri.

[10] Galei est versio latina.

quamur dona deorum assequimur, omnia perficiuntur opera antequam intellegamus.

III. Summum precationum genus nominatur et *ἐπισφραγίζεται* (consignatur) *ἡ ἄῤῥητος ἕνωσις*. Qua unione tota precationum vis in dis collocatur et anima nostra conquiescit in dis [1].

Quod ad deos pertinet, triplici usui hominibus precationes sunt. Comparant enim:

I. intellegentiam (*τὸ μὲν εἰς ἐπίλαμψιν τεῖνον*)

II. communem operum effectum (*τὸ δὲ εἰς κοινὴν ἀπεργασίαν*)

III. incendunt nos spiritu divino (*τὸ δὲ εἰς τὴν τελείαν ἀποπλήρωσιν ἀπὸ τοῦ πυρός*).

Denique triplicem precationum ordinem affert:

I. aut precationes sacrificiis praecedunt

II. aut una cum sacrificiis offeruntur

III. aut sacrificiis finitis suscipiuntur [2].

Quo facto singula commoda precationum enarrat, in quibus salus posita sit, sine quibus [3] nulla fiat sollemnis caerimonia. Precationes enim exstinguunt atque evellunt radicitus ex animo, quaecumque divinae menti opposita sunt, e. g. *τὸ γενεσιουργόν*, contra efficiunt spem et fidem, vel ut paucis complexus verbis dicit: Precationibus qui frequenter utuntur, familiares deorum fiunt [4].

Tot et tanta bona hominibus comparantur precationibus, quot et quanta homines accipiunt *ἀπὸ τῶν δημιουργικῶν αἰτίων*. Denuo tres precationis qualitates distinguuntur:

I. *τὸ ἀναγωγόν*

II. *τὸ τελεσιουργόν*

III. *τὸ ἀποπληρωτικόν*.

Sub fine rursus contendit precationes et sacra arte inter se coniuncta ipsa sibi invicem tradere religionis vim sacram et perfectam [5].

Ut libri de mysteriis auctor multis locis Iamblichum se-

[1] p. 237, 14—238, 5. [2] p. 238, 6—13.

[3] Precationem appellat p. 239, 17 *τὸ τῶν θυσιῶν τέλος*, quia cum deo opifice coniungit precantes et sacrificantes, cf. p. 237.

[4] p. 238, 14—239, 13.

[5] p. 240, 1—9.

quitur, ita Proclus[1] quoque (p. Chr. n. 410/11—485), cum agit de precibus[2], eum respicit[3]. Secundum Iamblichum et Ps. Iamblichum precatione animus ad deum se confert et confugit. Arcanis symbolis, quae deus animis infixit, precantes cum deo coniunguntur, cuius bonorum participes fiunt[4]. Ipse quoque tres condiciones, tria precationum genera affert:

I. Imprimis scientia omnium divinorum ordinum quos implorat qui precatur, opus est[5].

II. Puritate atque sanctitate benevolentiam favoremque deorum homines sibi conciliant[6].

III. Tertium precationis genus unio est perfecta, qua artissime coniunguntur cum deo homines aut, ut ab oraculis[7] appellatur ἐμπέλασις, qua anima conquiescit in deo[8].

Nostra atque deorum ἐνέργεια una est, non iam nostri, sed deorum sumus. Imprimis igitur necessarium est homines precari; nullum hominem sanctum et virtute[9] praeditum, qui deis similis fieri vult, precationem neglegere decet[10]. Quae

---

[1] Quae Proclus et Pseudo-Iamblichus explicaverunt de precibus, imitatus est auctor quidam christianus, cf. Koch *Ps. Dionysius Areopagita* p. 178sqq.

[2] Imprimis agit de precibus in commentario in Platonis Timaeum 65A sqq. Optime Procli de precationibus sententias illustravit Koch l. c. p. 178sqq., quas ob eam rem brevissime explicare mihi licet. Proclus quomodo iudicaverit de tacitis precibus, ostendit Koch l. c. p. 128sqq. De multis Procli precibus et sacrificiis cf. Marinus, vita Procli c. 19sq.; c. 17.

[3] Tamen valet quod dicit Zeller III 2 p. 699, 2: *Aber diese Ausführung selbst ist sein eigenes Werk, und wenn er auch nur sagt, er wolle darin τήν τε ἐκείνου σαφῆ ποιῆσαι διάνοιαν καὶ τῷ Πλάτωνι συμφώνους ἀποδοῦναι τοὺς περὶ εὐχῆς λόγους, so sieht man doch deutlich, daß er nicht mehr, als den allgemeinen Gedanken derselben von Jamblich entlehnt hat.*

[4] P. 65AB: *Πρὸς δὲ τὴν ἐπιστροφὴν ταύτην ἡ εὐχὴ μεγίστην παρέχεται συντέλειαν συμβόλοις ἀῤῥήτοις τῶν θεῶν, ἃ τῶν ψυχῶν ὁ πατὴρ ἐνέσπειρεν αὐταῖς, τῶν θεῶν τὴν εὐποιίαν ἕλκουσα εἰς ἑαυτὴν καὶ ἑνοῦσα μὲν τοὺς εὐχομένους ἐκείνοις, πρὸς οὓς εὔχονται, συνάπτουσα δὲ καὶ τὸν τῶν θεῶν νοῦν πρὸς τοὺς τῶν εὐχομένων λόγους, κινοῦσα δὲ τὴν βούλησιν τῶν τελείως τὰ ἀγαθὰ περιεχόντων ἐν ἑαυτοῖς ἐπὶ τὴν ἄφθονον αὐτῶν μετάδοσιν, πειθοῦς τε οὖσα τῆς θείας δημιουργὸς καὶ ὅλα τὰ ἡμέτερα τοῖς θεοῖς ἑνιδρύουσα.*

[5] 65B. [6] Ibidem. [7] Orac. chald. 53. 55.

[8] Cf. lib. de myster. p. 237, 14—238, 5.

[9] Cf. Porphyrius 64B. Solum virtute praeditum precari decere affirmat Proclus Platonem secutus, cf. Legg. 717A, 910E.

[10] 65BC: *Τρίτη δὲ ἡ συναφὴ .. ἡ περὶ θεούς ἐστιν ὁσιότης.* Cf. 65E,

recte precaturus facere debeat, ostendit 65 D: dei si placandi sunt, in animo divina mens excitanda est, non cessandum ei est a cultu deorum. Virtutes, quas *ἡ γένεσις* non inquinavit, ei praesidio sunt; triplici illa qualitate, fide, veritate, amore opus est, deinde spe quoque boni; spiritum divinum pertinaci animo complecti eum decet atque se continere ab omni cultu usitato. Solum cum deo coniunctum esse eum oportet, dedecet et cum vulgo se coniungere et cum uno et supremo deo[1]. Quod qui facit, a se deum alienat[2]. Accuratius causae pertractantur precationum. *Αἰτίαι ποιητικαί* sunt deorum vires et efficientiae, quae ad deos omnia advocant. In numero quasi corporearum rerum[3] habet signa verbaque, quae aedificator mundi precationi attribuit, ut eis, qui *αἰτίας* aliasque divinas res esse crederent, in memoriam reduceret[4].

Genera precationum diversa sunt secundum genus et speciem deorum, quos homines implorant.

I. *εὐχὴ δημιουργική*
II. *εὐχὴ καθαρτική*
III. *εὐχὴ ζῳοποιός*[5].

Primi generis precatio inferioribus deis offertur, quos demiurgicos appellat, et est e. g. de imbribus et ventis. Secundi ordinis precationibus arcentur pestilentia et res, quibus homines maculantur, cum tertii ordinis precationibus numina moveantur, quae animalia nasci et terrae fruges provenire iubent. Quae precationes non efficaces sunt, nisi observatur ordo precationum[6].

Precatio, qua animi salus a dis petitur, summi est momenti et superior precatione, qua valetudo petitur. Infimum autem locum ea precatio tenet, quae bonorum corporis causa fit[7]. Homines, in quibus *σωφροσύνη* est veraque rerum divinarum sci-

---

66 A—66 B. Quinque precationis gradus, *γνῶσις, οἰκείωσις, συναφή, ἐμπέλασις, ἕνωσις* re vera tres sunt. Nam *γνῶσις, οἰκείωσις, συναφή* arte inter se coniuncti sunt, quod ostendit Koch p. 182 sq.

[1] Cf. Porphyr. ad Marc. c. 15. [2] Procl. in Tim. 65 D.

[3] *Ὡς δὲ ὑλικάς* p. 65 E. [4] 65 E.

[5] Quod ad precantes pertinet, iterum triplicem perficit divisionem, qua discernit precationem et philosopham et theurgicam et more patrio factam.

[6] Anxie anni quoque tempora discerni vult 65 A. [7] 65 F—66 A.

entia, bonum et pulchrum ponunt in salute animi, non in rebus humanis et fortuna secunda et, cum deorum providentiam [1] ad omnia pertinentem noverint, deos invocant, ut in omnibus rebus se adiuvent clementia et benignitate numinum freti [2].

Providentia divina quasi fundamento precationum Ammonius quoque Hermiae filius nititur, qui a Proclo profectus est. Providentia [3] singulos adiuvari persuasum habet, quoad commoventur divinis rebus [4]. Contra alio loco [5] preces exaudiri affirmat, cum refert ad ea, quae *αἱ πολύστειχοι τῶν θείων ἐνεργειῶν πραγματεῖαι* et cotidiana exempla docent [6].

Simplicius, unus e summis Neo-Platonicis, paenitentiam, morum vitae emendationem, precationem comparat cum nave, quae deligatur ad ancoras. Ancora enim ubi primum substitit, homines, quamquam se deum ad se trahere opinantur, tamen se ipsos ad deum trahere exponit [7]. In fine libri deum implorat, ne umquam obliviscatur animi ingenuitatis atque pudoris. Petit a deo ut animus errore liberatus perficiatur et coniungatur cum uno vero deo [8].

---

[1] Cf. 66 C—E. [2] 66 B—C.

[3] Ut sol, non consilio habito, sed quia est, omnia luce complet, ita providentia quoque ob id ipsum, quod est, res humanas regit, cf. eius librum *περὶ ἑρμηνείας* (ed. Busse) 108 (comment. in Aristot. gr. vol. IV pars V).

[4] *Περὶ ἑρμ.* 32 r: *Ῥητέον . . . ὅτι λογικοὺς ἡμᾶς καὶ αὐτοκινήτους ὑποστήσαντες οἱ θεοὶ πολλῶν πράξεων κυρίους εἰκότως κατέστησαν, ὁρῶντες τε πάντα τὰ ἡμέτερα, ἀτρέπτως καὶ τὰς θέσεις τὰς ἡμετέρας παραδεχόμενοι πρὸς ταύτας ὑμῖν πρὸς αὐτοκινήτοις τὸ κατ' ἀξίαν ἀφορίζουσι, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς θέσεσι τοιῶνδε φαντασιῶν, ὀρέξεών τε καὶ ἐγκλίσεων, τοιόνδε ζωῆς τόπον ἐν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες κατὰ τοῦτον ἀπολαύομεν τῆς προσηκούσης ἡμῖν τῶν θεῶν προνοίας.*

[5] 108 a. [6] Cf. Zeller III 2 p. 832.

[7] Simplic. in Epict. enchir. Dübner 1840 p. 107. Eadem imagine et translatione utitur Clemens Alexandr. Strom. IV 23 p. 633 Pott. Cf. v. Lasaulx *Studien* p. 148 sqq.; Pseudo-Dionysius de divinis nominibus 3 (cf. Koch *Ps-Dionysius* p. 185).

[8] Commentar. in Epicteti enchirid. ed. Dübner p. 138.

Supplementum

De precationibus aut tacitis aut clara voce prolatis

S. Sudhaus nuper scripsit de precationibus aut tacitis aut clara voce fusis (*Lautes und leises Beten*, *Archiv für Religionswissenschaft* IX 1906 p. 185—200). Ego eum secuturus imprimis de tacitis precibus, quae ex honesta piaque mente oriuntur, a Sudhausio breviter commemoratis (p. 200), accuratius agere velim. Antea autem de aliis tacitarum precationum generibus, nempe turpium et nefastarum denuo est agendum, cum nonnulla sint addenda, quorum magnam partem a se repertam ut publici iuris facerem Sudhausius qua est humanitate mihi permisit.

Precationes deorum simulacris insusurrari Seneca philosophus cum epistula 10, 5 tum ep. 41, 1 vehementissime improbat: *Non sunt ad caelum elevandae manus nec exorandus aedituus, ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est* (v. supra p. 33). — *Ἀφροδίτη ψίθυρος* et heros *Ψίθυρος* a Sudhausio commemorati sunt p. 189. Accedunt *Ἔρως ψίθυρος* et *Ἑρμῆς ψιθυριστής* (cf. H. Usener *Götternamen* p. 267, 52), quorum cognomina facile intelleguntur. Is enim, qui Amoris et Mercurii in aurem aliquid insusurrabat, gravibus causis adductus erat, ut ita ageret, nam nefarius inhonesta cupiens lucem atque oculos et aures hominum fugiebat. *Ἑρμῆς ψιθυριστής* Lavernae propinquus et finitimus est, quae scholio ad Horatium ep. I 16, 59 addito hoc modo explicatur: *La-*

verna in via Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum eius fures colunt, et qui consilia sua volunt tacita; nam preces eius cum silentio exercentur. Simillimum est scholion ad Persium sat. II 5 ascriptum: *Ideo palam non orant, ne iniqua eorum petitio audiatur*[1].

Ut Seneca ep. 10, 5 Macrobius quoque cum sententia Athenodori Stoici[2] consentit Saturnal. I 7, 6 (ed. Eyssenhardt): *Nullum inter nos tale secretum opinarere, quod non vel tibi vel etiam vulgo fieri dilucidum posset, quia neque ego sum immemor nec horum quemquam inscium credo sancti illius praecepti philosophiae sic loquendum esse cum hominibus, tamquam di audiant, sic loquendum cum dis, tamquam homines audiant: cuius secunda pars sancit, ne quid a dis petamus, quod velle nos indecorum sit hominibus confiteri*[3]. Ea quae Seneca eodem loco reprehendit: *Quod scire hominem nolunt, deo narrant*, Plutarchus quoque condemnat, de def. oracul. VII p. 413B: *Οὕτως ἃ καλῶς εἶχεν ἀνθρώπου πρεσβυτέρου παρόντος ἀρνεῖσθαι καὶ ἀποκρύπτειν νοσήματα τῆς ψυχῆς καὶ πάθη, ταῦτα γυμνὰ καὶ περιφανῆ κομίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν*[4].

[1] Cf. Herondas I 35sq. (ed. Crusius), quo loco Gyllis lena Aegyptum praedicans magnum numerum et pulchritudinem mulierum laudat, quae graciles sint et pulchrae, ut deae illae, quae olim in iudicium ad Paridem properaverint. Statim autem, cum timeat, ne deae se propter temeraria et indecora verba puniant, secreto murmurat lena: *Λάθοιμ' αὐτὰς εἰποῦσα.*

[2] Athenodori verba apud Senecam ep. 10, 5 (v. Sudh.) haec exstant: *Sic vive cum hominibus, tamquam deus videat, sic loquere cum deo, tamquam homines audiant.* Quem locum a Macrobio respici verisimile est, licet reliqua Athenodori verba paullo ante a Seneca laudata non afferat.

[3] Hic turpis ista precatio eaque murmurata commemoranda est Petron. c. 85: *Fere circa mediam noctem intellexi puerum vigilare. itaque timidissimo murmure votum feci et, domina, inquam, Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille non sentiat, cras illi par columbarum donabo.*

[4] Contra Clytaemestra scelestam optationem, quod sperat filium suum Orestem moriturum esse, ne dis quidem narrare audet, Sophocl. Electra v. 655sqq.: *Ταῦτ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἵλεως κλύων | δὸς πᾶσιν ἡμῖν ὥσπερ ἐξαιτούμεθα· | τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ σιωπώσης ἐμοῦ | ἐπαξιῶ σε δαίμον' ὄντ' ἐξειδέναι.*

Nos valde miramur, veteres quanta simplicitate turpissimas precationes peregerint. Philosophi autem et poetae usque postulabant, ut homines clara voce precarentur, sed frustra operam dedisse videntur. Nequiquam enim Seneca conquestus est de benef. VI 38: *Se quisque . . inspiciat, quid tacitus optaverit: quam multa sunt vota, quae etiam sibi fateri pudet, quam pauca quae facere coram teste possimus.* Neglegebantur verba Lucani Pharsal. V 104 sq.: *Haud illic tacito mala vota susurro | concipiunt.* Irritum erat dictum illud Martialis I 39, 5 sq.: *Si quis erit recti custos, mirator honesti, | et nihil arcano, qui roget ore deos.* Et Ovidius A. am. II 327: *Multa vove, sed cuncta palam*[1] et Persius sat. II 7: *Aperto vivere voto*[2] (v. Sudh. p. 196 ann.) clara voce[3] homines ut precarentur

[1] Cf. Plautus Rudens 1404 Leo: *Palam age, nolo ego murmurillum neque susurrum fieri.* — Vocibus *murmuro* et *susurro* verbisque inde derivatis saepe utuntur auctores, cum agitur de turpibus precibus. Latina vox *susurro* respondet graecae *ψιθυρίζειν*, cf. Aristaenetus ep. II 3 et 18; Clemens Alexandrinus strom. VII 43. De vocibus *ποππύζειν* et *συρίζειν, σιγμός* aliisque, quibus sermo magorum significatur, cf. A. Dieterich *Mithrasliturgie* p. 34, 40, 42; *Abraxas* p. 22 sq.; R. Reitzenstein *Poimandres* p. 264; Wessely *Wiener Denkschriften phil. hist. Cl. Bd.* XLII p. 48, pap. CXXI 833 *ποππυσμός*, 834 *στεναγμός*, 835 *συριγμός*. — Ad locum Persii sat. II 9 *sub lingua murmurat* Casaubonus annotat quae sequuntur: *Graeci ὑπὸ ὀδόντα dicere amant, non ὑπὸ γλῶσσαν, ὑπ' ὀδόντα apud Athanasium, ὑπ' ὀδόντα λαλεῖν apud Basilium, . . . ἐντὸς τῶν χειλῶν ὑποστένειν de voto improbo Aristaenetus, cui affine est apud Tertullianum* labia vibrare.

[2] Simillimus est locus Senecae ep. 43, 3 sq.: *Tunc felicem esse te iudica, cum poteris in publico vivere, cum te parietes tui tegent, non abscondent, . . . rem dicam, ex qua mores aestimes nostros: vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere . . . sic vivimus, ut deprehendi sit subito aspici.*

[3] Longe alia causa commoti Romani persaepe ita, ut omnes audire possent, precabantur. Hoc genus clara voce precandi in anxia Romanorum religione, in summa superstitione positum erat. Verba enim precationum mutari nefas esse opinati, ut impedirent, ne commutatio fieret, sacerdotem in templis preces clara voce proloqui iubebant; v. Plin. hist. nat. XXVIII 3; Iuvenalis sat. VI 390: *Stetit ante aram . . . | dictata verba pertulit, ut mos est*; Valerius Flaccus Argonaut. I 685: *Misero dictat pia vota sacerdos* (quem locum Sudh. mecum communicavit); Livius VIII 9, V 41. Cf. Kopp *Palaeographia critica* (Manheimii 1829) III p. 589 sqq. — Huc quoque pertinet, quod Maximus Madaurinensis in sua ad Augustinum

admonebant. Persium sequi videtur ille, de quo apud Martialem legimus XII 90: *Pro sene, sed clare*[1], *votum Maro fecit amico*; plures vero fuerint nefasti illi apud Horatium et Persium[2], qui speciem pietatis prae se ferentes turpissima vota murmurant.

Addo nonnullos locos, quibus agitur de tacita precatione, qua tamen aliud quid significatur atque locis ante pertractatis. Primus apud Ciceronem exstat de imperio Cn. Pompei c. 16: *Hoc brevissime dicam neminem umquam tam impudentem fuisse, qui a dis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt.* Hoc igitur loco non conscientia peccatorum homo adducitur, ut tacite precetur, sed modestia, pudore. Impudentissimus quisque et insolentissimus tantum fortunas Pompei felicis clam sibi exorare potuit. Pudore diversi generis, delicata amantium verecundia, nonnumquam tacitae preces fiunt. Xen. Ephes. I 5 Habrocomam iuvenem et Anthiam virginem inducit in fano Dianae morantes et oculos in se mutuo defigentes: *εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς φόβῳ πρὸς ἑκατέρους αἰδούμενοι* et paullo post legimus: *Εὐχαὶ δὲ αὐτοῖς ἑκατέροις ἦσαν πρὸς τὴν θεὸν κοινῇ, λανθάνουσαι μέν, ἀλλ' ἐγίνοντο ὅμοιαι.* Tibullus IV 6, 15: *Praecipiat natae mater studiosa quod optet | illa aliud tacita, iam sua, mente rogat.* Cf. Catulli locum LXII 37, quo adulescentes dicunt de puellis: *Quid tum si carpunt, tacita quem mente requirunt?*[3] Prorsus aliud significat tacita optatio apud Ovidium Trist. I 1, 27 sqq. Poeta enim libellum

---

epistula Christianos vituperat, laudat gentiles: *Illud quaeso, vir sapientissime, quis sit iste deus, quem vobis Christiani quasi proprium vindicatis et in locis abditis praesentem vos videre componitis? Nos etenim deos nostros luce palam ante oculos omnium atque aures omnium mortalium piis precibus adoramus.*

[1] L. Friedlaender in editione Martialis annotat ad hanc vocem: *Damit es gehört und dem Betheiligten wiedererzählt werde.*

[2] Cf. Sudhaus p. 196 et ibidem ann. 1.

[3] Cf. Ovidius Heroid. IV 10, quo loco Phaedra versu: *Dicere quae puduit, scribere iussit amor* epistulam excusat. Apul. met. VIII c. 8 Thrasyllus amore Charitae inflammatus cupiditatem non diutius coercere potest et: *Non dubitavit de nuptiis convenire, et impudentiae labe tacita pectoris sui secreta fraudesque ineffabiles detegere.*

suum allocutus optat, ut amicus, dum Ovidio finem exilii precatur, silentium servet, ne quis inimicus audiat neve vota contraria fiant[1]: *Invenies aliquem, qui me suspiret ademptum,* | *et tacitus secum, ne quis malus*[2] *audiat, optet* | *sit mea lenito Caesare poena levis.*

Facile intellegitur, quare tacitae imprimis et murmuratae[3] precationes magica in arte valuerint, quamquam non minus apparet, qua de causa aliis locis in imprecationibus et devotionibus magicis summae voci[4] magna vis attributa

---

[1] Cf. locos a Sudhausio p. 184 laudatos. Ego addo quos inveni apud Chr. Lobeck *Aglaophamus* I p. 273 sqq. collectos. Is laudat Zenobium Prov. IV 29, quem locum ex recensione Leutschii et Schneidewini (Corpus paroemiographorum I p. 92) affero: *Διὰ τὸ . . . τῷ Θετταλῷ λόγιον ἐκπεσεῖν, φυλάττεσθαι μὴ ἕλωσιν αὐτὸν οἱ ἐξ ἐναντίας εὐχῇ μείζονι καὶ λαμπροτέρᾳ κατ' αὐτοῦ χρησάμενοι.* Idem de Diotimo narrat Schol. Eurip. Phoeniss. 1408 (ed. Eduardus Schwartz Berol. 1887): *Διοτίμῳ τῷ Θετταλῷ κατιέναι μέλλοντι λόγιον ἐκπεσεῖν ἐπιτηρεῖν μὴ λάθωσιν αὐτὸν οἱ ἐναντίοι μεῖζον εὐξάμενοι.* Eustathius autem ad Iliad. B p. 331, 18 Diotimi loco Aratum nominat. Idem Lobeckius laudat Iustinum hist. XX c. 3, qui refert Locrenses nonas praedae vovisse. Deinde pergit: *Tacitamque eam rem habuere, ne votis vincerentur.* Cf. Plut. quaest. Rom. 61.

[2] Cf. Cassianus collat. IX 35: *Cum summo est orandum silentio, ut ipsos quoque inimicos nostros, qui orantibus nobis maxime insidiantur, lateat nostrae petitionis intentio.*

[3] Superstitiosas precationes murmuratas Iuvenalis carpit sat. VI 539 sqq.: *Illius lacrimae meditataque murmura praestant,* | *ut veniam culpae non abnuat . . . Osiris.* Cf. Persius sat. V 184, Prudentius c. Symmachum I v. 208 sqq. (Migne Patrol. ser. lat. tom. LX 715; v. supra p. 27): *Mox humeris positus nutricis trivit et ipse* | *impressis silicem labris, puerilia vota* | *fudit, opesque sibi caeca de rupe poposcit.*

[4] Cf. E. von Lasaulx *Studien des klassischen Alterthums* 1854 p. 160: *Das mit Inbrunst des Willens ausgesprochene Wort hat Zauberkraft in sich; daher auch bei Griechen und Römern der Begriff der Magie meist an das Wort, namentlich an das wiedererwärmte, potenzierte, belebte Wort, an den Gesang geknüpft ist.* Quod ut confirmet congruentiam existere sermonis graeci et latini ostendere studet, dum componit vocem *βασκαίνω* derivatam a verbo *βάζω ich spreche* et *fascino, bespreche beschreie behexe*; *κηλέω* (*καλέω*) *bespreche bezaubere, κήλησις κήλημα Besprechung Bezauberung, κήληθρον, κηλητήριον Zaubermittel, κηλητής κηλητήρ Zauberer, κηληδών Zaubergesang.* Apud nostrates *galan* olim significabat *canere* et *incantare* (Grimm *Deutsche Mythologie*[2] 1844 p. 987). Deinde comparat: *ἐξᾴδω* et *excanto singe heraus, zaubere weg; ἐπᾴδω incanto; ἐπῳδή incantatio; ἐπῳδός*

fuerit. De summa in artibus magorum voce egit L. Fahz *De poetarum Romanorum doctrina magica quaestiones selectae* (in *Religionsgesch. Vers. und Vorarb.* II, 3. 1904), qui laudat p. 50 Stat. Theb. IV 470 sqq.: *Tiresias . . . exclamat* et Luciani necyom. 8, quem locum, cum magni sit momenti, totum affero: *Ὁ δὲ μάγος οὐκ ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ* (non iam sedata voce), *παμμέγεθες δέ, ὡς οἷός τε ἦν, ἀνακραγών, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο . . . καὶ νυχίαν Ἑκάτην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα καὶ πολυσύλλαβα.* Similiter summa magi vox invenitur apud Hippolytum in Refutat. omnium haeresium IV 28 (edd. Duncker-Schneidewin p. 88, 47): *Μέγα καὶ ἀπηχὲς κέκραγε καὶ πᾶσιν ἀσύνετον.* — Apud Herodotum VII 191, quem locum una cum sequentibus duobus Sudhausius mecum communicavit, magi clamoribus ventos implorant: *Καταείδοντες βοῇσι*[1] *οἱ μάγοι τῷ ἀνέμῳ*, cf. Horatium epod. V 45: *Quae sidera excantata voce Thessala | lunamque caelo deripit* et Tibullum I 2, 53: *Haec* (anus) *mihi composuit cantus quis fallere posses: | ter cane, ter dictis despue carminibus.* Menander 371 Kock: *Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ | λέγων ἀλεξιφάρμακα.* Silius Italicus Punic. I 101 sqq. de magica excantatione: *Non ille . . . palluit . . . | et audito surgentes carmine flammas*; Statius Theb. IV 504: *An rabido iubeat si Thessala cantu*[2]; Schol. Pind. Pyth. IV 281: *Ἔθος ἦν τῶν τελευτησάντων ἐπ' ἀλλοδαπῆς τὰς ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλέσασθαι.* Summa voce in carminibus magicis,

incantator. — Idem l. c. p. 140, ann. 9 laudat locum, qui invenitur in hymnis Indicis: *Verherrlicht sei durch dies mein lautes Lied, o Herr, gieb Segen den Geschöpfen all.*

[1] *βοῇσι* recte coniecit Madvig, Dietsch; *γόῃσι* praebent libri, quod sensu prorsus caret; falso scripserunt *γοῇσι* Bekker, *χοῇσι* Reiske.

[2] Cf. Seneca Oed. 568: *Gravior manes voce et attonita citat*; Achillem Tatium III 18 affert Sudhaus: *Καλῶ γὰρ τὴν Ἑκάτην ἐπὶ τὸ ἔργον. ὁ δ' ἄρχεται τερατεύεσθαι καὶ λόγον τινα καταλέγειν. ἅμα λέγων . . .* Herodotus I 132: *Μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς ἐπαείδει θεογονίην οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν* (ad hunc locum cf. Dieterich *Abraxas* p. 136). Clara voce hoc quoque loco maga Hecatam invocans usa est, vel ut videtur Sudhausio media, Valerius Flaccus Argonaut. I 781 sqq.: *Tergeminam tum placat eram Stygiasque supremo | obsecrat igne domos iam iam exorabile retro | carmen agens* (h. e. *recitans* aut *a fine ad initium revolvens*, cf. IV 87).

quibus infernae umbrae procul eliciuntur, opus esse luce clarius est. Maximus Tyrius diss. XIV 2 de antro quodam in Italia sito: *Ἐνταῦθα ὁ δεόμενος . . . εὐξάμενος ἀνεκαλεῖτο ψυχὴν ὅπου δὴ τῶν πατέρων ἢ φίλων.* Horat. epod. XVII 77 sqq. maga de se loquitur: *Et polo | deripere Lunam vocibus possim meis, | possim crematos excitare mortuos.* Ovid. Amor. I 8, 17 sq.: *Evocat antiquis proavos atavosque sepulcris | et solidam longo carmine findit humum.* Valer. Flacc. Argon. I 736 sqq.: *Saevoque vocat grandaeva tumultu | Thessalis exanimes atavos magnaeque nepotem | Pleiones.* Denique Lucanum VI 694 commemorem omni modo summam magae vocem significantem, cuius *penetrat . . in Tartara lingua.*

At iam redeamus ad tacitas preces. Arcano horrendoque silentio murmurata magorum carmina respondent, in quibus summam efficientiam inesse superstitiosi opinantur[1]. Quod demonstratur verbis Apulei Metamorphos. I 10: *Tacita*[2] *numinum violentia*[3] et Lucani Pharsal. VI 448, qui *infandum murmur* magorum et *verba cogentia*[3] *numen* eodem loco habet. Magorum susurrus iam in lege Sullana commemoratur, qua scelera eorum horribilia puniuntur, Inst. IV 18, 5: *Eadem lege* (scil. *Cornelia*) *et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis vel susurris magicis homines*

[1] Tacita magorum carmina apud omnes populos inveniuntur. Exempli gratia cf. Grimm *Deutsche Mythologie* II[2] p. 1174: *In der Regel verlangen Segen und Fluch lispelnde, flüsternde Rede.* Hoc loco laudat Paulum Diaconum I 13: *Immurmurantes, ob rei infirmitatem, quaedam patria verba* et addit: *Das war ein langobardischer Segensspruch.* Bartsch *Sagen aus Mecklenburg* II p. 318: *Über Zauber und Segen, Besprechungen: Die Worte werden . . . lautlos und ohne Bewegung der Lippen hergesagt.*

[2] Vocem *tacita*, quam praebet F, optimus codex, et Oudendorpius et, qui novissimus Apuleium edidit, van der Vliet, recte in textum receperunt. Contra Hildebrand falso scripsit *tanta*. Sudhausius confert Stat. Achill. I 815: *Tacitis spes addita votis*, quo loco codex C falso praebet *tantis*.

[3] Cf. Metamorph. III 18: *Tunc protinus inexpugnabili magicae disciplinae potestate et caeca ominum coactorum violentia.* — *Ἐπάναγκος θεῶν* a Ludovico Fahz l. c. p. 53 sqq. pertractatus est. Cf. Dieterich *Abraxas* p. 173, 4; 10; 13; p. 175, 16. Voci *ἐπάναγκος* finitimae sunt voces *κατάδεσμος, κατάδεσμα*, cf. R. Wuensch *Neue Fluchtafeln*, Mus. Rhen. LV 1900 p. 80.

occiderunt vel mala medicamenta publice vendiderunt. Nonnullis saeculis post Origenes in susurrum magicum invehitur homil. XX interprete Rufino (ed. Delarue 1783 p. 444): *Si enim creditum est a gentibus, quod quaedam carmina, quas praecantationes appellant, quibus istud artis est, insusurrantes* etc. Magna magicae artis pars, multae magorum caerimoniae ex oriente orta esse videntur et syncretismi, qui dicitur, temporibus ad Graecos Romanosque pervenisse. Itaque imprimis apud scriptores posterioris aetatis susurros quoque magicos et murmura magica invenimus. Apuleius metamorph. I 3: *Magico susurramine amnes . . . reverti,* de magia c. 47 magia describitur: *Occulta non minus quam tetra et horribilis, plerumque noctibus vigilata et tenebris abstrusa et arbitris solitaria et carminibus murmurata.* Met. II 1 *ferale murmur* in Thessalia patria magorum usitatum commemoratur. Ovidius met. XIV 57 sqq.: *Et obscurum verborum ambage novorum | ter novies carmen magico demurmurat ore*[1], ib. VII 251 de Medea: *Quos ubi placavit precibusque et murmure longo.* Aristaenetus ep. II 18 extr. lenonem inducit adulescenti amore incenso magum se exhibentem: *Ὁ δὲ καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινάμενος τῶν περιέργων τὸ σχῆμα, καὶ δαιμόνων προσηγορίας συνείρων πλασματώδεις τέ τινας ὑποφθεγγόμενος ἐπικλήσεις*[2] *καὶ ψιθυρίζων ἀπατηλῶν γοητευμάτων λόγους φρικώδεις.* Carmine magico apud Eusebium praep. ev. V 14, 1 sqq. dei invocantur *κλήσεσιν ἀφθέγκτοις, ἃς εὗρε μάγων ὄχ' ἄριστος*[3]. Lucan. Pharsal. VI 685 sq.: *Vox . . . pollentior . . excantare deos confudit murmure primum.* Livius II 58, 4: *Tacite praetereuntem exsecravi.* Tibullus I 2, 47: *Iam tenet infernas magico stridore*[4] *catervas.* Nicomachus Gerasenus (Mus. script. Gr. ed. Ian 277)[5]: *Διὸ δὴ ὅταν μάλιστα οἱ θεουργοὶ τὸ τοιοῦτον σεβάζωνται, σιγμοῖς τε καὶ ποππυσμοῖς*[6] *καὶ ἀνάρθροις καὶ ἀσυμφώνοις ἤχοις*

[1] Cf. Dedo *De antiquorum superstitione amatoria* Diss. Gryphisw. 1904 p. 27.

[2] Vox *ἐπίκλησις* proprie magica est, cf. Dieterich *Abraxas* p. 175, 23; *Mithrasliturgie* 10, 4.

[3] v. E. Maass *Tagesgötter* p. 245 sqq.

[4] Stridor h. e. murmur, cf. Sil. Ital. VIII 562.

[5] Hunc locum Sudhausius mecum communicavit.

[6] Cf. supra p. 57, ann. 1.

συμβολικῶς ἐπικαλοῦνται. Verba quoque, quibus draco Colchicus incantabatur, compressis labiis et submissa voce proferebantur, Argonaut. Orphic. ed. Abel v. 1002 sq.: *Βαρυχέα φωνήν | σιγαλέοις ἄφθεγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι πέμπον.* Silius Italicus Punic. XIII 428 in sacrificio manibus oblato: *Arcanum murmur anhelans.* Magni momenti Horatii locus est epod. V 48 sqq.: *Canidia ... quid dixit aut quid tacuit.* Hoc loco verbo *tacuit* se ipse corrigit poeta: itaque hic quoque docemur magas tacite precari solitas esse. Verba non audiuntur, quare Horatius vocem *dixit* reicit[1]. Nonnus XVII 374: *Φρικτὸν ὑποτρύζων πολυώνυμον ὕμνον ἀοιδῇς,* quam incantationem Bergkius *Griechische Litteraturgeschichte* I 357 appellat *Murmelzauber*[2]. Ad magiam pertinet caerimonia a Lucano Pharsal. I 607 descripta: *Maesto cum murmure,* cum scholia ad Iuvenalem VI 587 ascripta Lucani verba paullo immutata afferant: *Et tacito cum murmure.* Agitur ibi de fulgure, quod in terram decidit et sollemniter, dum sacerdos magica murmurat carmina, quasi tumulatur. Antecedunt enim in scholiis Iuvenalianis verba haec: *Condi fulgura dicuntur, quotienscunque pontifex dispersos ignes in unum redigit et quadam tacita prece locum figurata tumuli aggestione consecratum it.*

Praeterea Sudhausius animum meum advertit ad Theocriti carmen II., quod dicitur *Φαρμακεύτριαι,* ubi v. 10 sq. artibus magicis Luna invocatur: *Ἀλλὰ Σελάνα | φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα*[3]*, δαῖμον, | τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ*[4]. Fritzschius, qui scribit *ἄσυχε,* quod ad *δαῖμον* refert, ad hanc vocem

---

[1] Ita Kiesslingius ad hunc locum; longe aliter R. Heinze, qui nuperrime Kiesslingii editionem instauravit.

[2] Cf. E. Kuhnert *Feuerzauber* Mus. Rhen. IL 1894 p. 41, qui praeceptum magicum edidit, quod incipit: *Ἐπιθύων ἐπὶ ἀνθράκων δίωκε τὸν λόγον.* Ad hunc locum annotat: *Vielleicht deutet das „Verfolgen" auf ein lautloses Hersagen.* — Confert Sudh. Ciris 369 sqq.

[3] Vocem *ἄσυχα* novissimus quoque Theocriti editor, U. de Wilamowitz in textum recepit.

[4] Apud Hippolytum refutat. IV 35 Hecata a magis incantatur versibus Theocriteo carmini simillimis. Cf. Bergk Poetae lyr. gr. 1867 vol. III p. 1318: *Certe hanc vel simillimam cantilenam Theocritus respicere videtur.* Theocritum rursus imitatus est Vergilius in ecloga VIII.

annotat: *Nihil hoc loco venustius dici potuit.* Neque vero venustatis causa mutare licet, quae tradita sunt. Nam poeta non tam silentium naturae nocturnum describere vult, immo vero vocem ἄσυχα consulto magicam vim habere voluit. Ars enim magica et summum silentium apte coniuncta sunt. Contigit mihi, ut complures locos Fritzschii coniecturae faventes invenirem, Pap. Paris. mag. 2856: *Ἥσυχε καὶ δασπλῆτι (Ἑκάτα)*[1], 2544 *Ἐνεύχομαί σοι Δαιδάλῃ . . . ἥσυχε καὶ δέσποτι.* Neque tamen his locis demonstratur recte Fritzschium Theocriti ἄσυχα temptavisse. Horatius epod. V 51: *Nox et Diana, quae silentium regis, | arcana cum fiunt sacra*[2]. Et ipse Fritzschius ad Theocriti locum laudatum optime confert Senecae locum Med. prolog. 6, quo Hecata triformis invocatur: *Tacitis . . praebens conscium sacris iubar.*

Apud Ovidium Fast. II 572 anus maga Tacitae deae sacrificat, quae eadem v. 583 Muta audit (cf. Lactant. inst. div. I 20, 35); quam Plutarchus Numa 8 nominat: *Τακίταν οἷον σιωπηλὴν ἢ ἐννεάν*[3]. Pap. Paris. v. 556 sqq. (Dieterich *Mithrasliturgie* p. 42): *Ἐπίθες δεξιὸν δάκτυλον ἐπὶ τὸ στόμα καὶ λέγε· σιγή, σιγή, σιγή . . . φύλαξόν με σιγή* et v. 573: *Σὺ δὲ πάλιν λέγε· σιγή, σιγή, σιγή*[4]. Ad hos locos annotat A. Dieterich: *σιγή wird geradezu angeredet . . . man möchte Σιγὴ schreiben. Ob die nackten Frauenfigürchen, die eben jene Geberde (des Schweigens) machen, wenigstens in späterer Zeit einfach als Darstellungen der Σιγὴ aufgefaßt werden konnten?* Mihi quidem videtur rectum esse, quod A. Dieterich coniecit. Ut enim Tacita, Muta, Susurri (Ovid. Met. XII 61) pro divinis

[1] Hymn. Orph. IX 8 ed. Abel de Luna dicitur: *Ἥσυχίῃ χαίρουσα.*

[2] Cf. Tibull. I 8, 17 sqq.: *Num te carminibus . . . | devovit tacito tempore noctis anus?* I 5, 15 sq.: *Ipse ego . . . | vota novem Triviae nocte silente dedi.* Ovid. metam. VII 180 sqq.: *Fertque vagos mediae per muta silentia noctis | incomitata gradus.* Valerium Flaccum Argon. IV 624 sq. affert Sudhaus: *Iamque ultima vobis | promere fata nefas; sileo et precor. Atque ita facto | fine dedit tacitis iterum responsa tenebris.*

[3] V. G. Wissowa *Gesammelte Abhandlungen zur römischen Religions- und Stadtgeschichte* p. 140 et Roscher *Myth. Lex.* I p. 975.

[4] C. Wessely *Wiener Denkschriften phil. hist. Cl. Bd.* XLII p. 3: *Ἕλεν· ἐν σιγῇ τὸ στέφος δίδωμί σοι.* Ib. p. 48 pap. CXXI 832: *Σύντρομος τοῦ ὀνόματος σιγή.*

numinibus habebantur, ita *Σιγὴ* quoque dea colebatur. Iam apud Empedoclem (Diels *Die Fragmente der Vorsokratiker* fr. 123, 3) legimus: *Δῖα Σωτήρ τε καὶ Ὀμφαίη τε* et multis saeculis post *Σιγὴ* apparet apud Valentinum (Irenaeus adv. haeret. I 11, 5)[1]. Haec dea apud alios quoque populos colebatur. Gnostica enim dea *Σιγὴ* respondet Aegyptiorum deae, quae dicitur *Menu* (*Ruhe, Stille*)[2].

E tabula magica quadam Cretica R. Wünsch (*Neue Fluchtafeln,* Mus. Rhen. LV 1900 p. 80 sq.) hos versus edidit: *Ὄλβιος, ὃι κατάδεσμα ἐδαθῆι· κατ' ἀμαξιτὸν ἤτοι· φρεσσίλλυτος δ' ὃς ἔχηι μακάρων κατ' ἀμαξιτὸν αὐδάν*[3]. Hoc loco non prodest hominibus magica carmina murmurare, susurrare, reticere, immo vero pronuntiare. Quod testimonium solum per se stat, nam de altissimo silentio bene nobis noto agitur locis reliquis qui sequuntur. Erwinus Rohde (*Psyche*[3] p. 223, ann. 2) laudat Photii lex. s. v. *κρείττονες*, ubi legitur: *οἱ ἥρωες· δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ εἶναι· δι' ὃ καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιωπῶσιν.* Narcissus teste Rohdio est *ἥρως Σιγηλός*, cuius sepulcrum homines silentium observantes praetergrediuntur. Addo locum Alciphronis ep. III 58 fin.: *Τρέμω ἐνδακὼν τὸ χεῖλος ὡς οἱ τὸν Σιγηλὸν ἥρωα παριόντες.* Laudat ille et Sophocl. Oed. Colon. 130 sqq. de Furiis: *Ἃς παραμειβόμεθ' ἀδέρκτως, | ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς | εὐφήμου στόμα φροντίδος | ἰέντες.* Furiae igitur tacite invocabantur, cf. Oed. Colon. etiam 486 sqq.[4].

[1] Cf. Wessely l. c. p. 61 v. 12: *σιγή, σιγὴν φέρων τε πᾶσιν.* Quibus addit annotationem hanc: *Sollte unter Sige jenes weibliche Gegenstück zum Bythos der Gnostiker gemeint sein, so könnten wir den Papyrus genauer auf die Valentinianer beziehen.* Hoc quoque loco Silentium pro persona haberi mihi videtur, ut scribendum sit *Σιγή*.

[2] Cf. Strauss-Torney *Die altägyptischen Götter- und Göttersagen* 1889 I p. 422 sqq., qui alterum praeter hoc silentii altissimi numen laudat *Gorh* (*Ruhe*).

[3] Wünsch haec verba nostro sermone interpretatur: *Selig der Mann, dem die Kenntnis der Zauberformeln zu Theil wurde ... Die Sinne werden dem Manne verwirrt, der auf dem Gespensterweg die Stimme anhält, d. h. die richtigen Beschwörungsformeln nicht auszusprechen weiß ... wer sie .. nicht kennt und sich nur durch Schweigen vor den μάκαρες zu schützen sucht, muß gewärtig sein, daß sie ihm durch ihre Erscheinung den Sinn verwirren.*

[4] Furiarum sacerdotes ab Hesycho orti esse putabantur. *Ἥρως*

Luce clarius est omnibus his locis demonstrari opinionem veterum vulgarem extitisse, qua commoti homines non dubitabant, quin silentium altissimum servandum esset, ne daemones semper nocituri praetereuntes audirent neve damnum eis inferrent.

Precationes tacitae adhuc pertractatae imprimis antiquorum temporum propriae, quatenus inhonestae vel pravae erant, radicitus fere christiana religione submotae sunt. Erant autem iam apud gentiles tacitae precationes nostris quoque honestioribus deorum opinionibus similes, quae eisdem causis efficiebantur, quibus christiani adducuntur, ut tacite deum adorent. Primo in Apollonio Tyanaeo puram illam numinum notionem, cultum illum deorum omni corpore carentem, qui postea et apud paganos et Christianos saepe nobis apparebit, invenimus. Supremus deus, qua est sanctitate et maiestate, solum tacita precatione adorandus est. Refert Eusebius praep. evang. III 3 Apollonii dictum: *Ἀλλὰ διὰ σιγῆς καθαρᾶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύομεν αὐτόν*[1]. Atque Porphyrius, cum Apollonium laudat, tacite et intra se ipsos homines implorare deos iussit, de abstinentia (ed. Nauck) II 34. Summo deo et optimo nihil, quod sensibus subiectum sit, offerendum esse, itaque ne nomen quidem orationemque, quae auribus percipi possit, deo digna esse, contra verum deorum cultum esse purum silentium puramque mentem: *Διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ*[2] *ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος*[3], *οὐδ' ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ἢ μεμολυσμένος. διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ*

Ἥσυχος, cum *Σεμναὶ* colebantur, silentium observari iussit, cf. schol. ad Sophocl. Oed. Colon. v. 489. Hesycho finitimus est Dorum *Ἥρως Εὔφημος*, de quo velim conferas H. Usener *Götternamen* p. 265sq.

[1] Idem postulat Apollonius Tyanaeus apud Eusebium praep. evang. IV 13, v. Sudhaus l. l. p. 200, ann. 1.

[2] H. e. supremo deo. Deos secundi ordinis verbis quoque implorandos et praedicandos esse in eis quae l. l. sequuntur ostendit.

[3] Idem docet auctor christianus Gregorius Nyssenus, Migne Patrol. gr. XLV p. 945C: *Αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν ὡς οὔτε διανοίᾳ τινὶ χωρητὴν οὔτε λόγῳ φραστὴν . . . σιωπῇ τιμᾶσθαι νομοθετήσασα (ἡ ἁγία γραφή), ἐν τῷ κωλύειν τῶν βαθυτέρων τὴν ζήτησιν καὶ ἐν τῷ λέγειν μὴ δεῖν ἐξενεγκεῖν ῥῆμα πρὸ προσώπου Θεοῦ.*

καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύομεν αὐτόν[1]. In epistula ad Marcellam 16 idem docet: Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν θεὸν τιμᾷ, cf. ep. ad Anebonem 5 (Iamblichi de mysteriis liber ed. Parthey p. XXIX): Αἱ δὲ λιτανεῖαι ἀλλότριαί εἰσι προσφέρεσθαι πρὸς τὴν τοῦ νοῦ καθαρότητα[2]. Pseudo-Iamblichus in libro de mysteriis VIII 3 p. 263 (ed. Parthey) de deo dicit: Διὰ σιγῆς μόνης θεραπεύεται, et Damascius de principiis c. 5 (ed. E. Ruelle Par. 1889): Τὸ μὲν δὴ ἓν οὕτω ῥητὸν καὶ οὕτω ἄῤῥητον· ἐκεῖνο δὲ παντελεῖ σιγῇ τετιμήσθω. Similiter Proclus in Cratylum (ed. Fr. Boissonade 1820 p. 59): Εὐφήμως καὶ πρεπούσῃ θεοῖς σιγῇ, in Rem publicam (ed. Guilelmus Kroll vol. I 1899 p. 85): Σιγῇ τῇ πρεπούσῃ σέβων. Ps. Dionysius, hierarch. 15, 9 (Migne Patrol. ser. graeca tom. III p. 340): Τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς Κρυφιότητα σιγῇ τιμήσαντες, de divin. nominibus I 3 (Migne l. l. p. 616): Τὰ δ' ἄῤῥητα σώφρονι σιγῇ τιμῶντες[3].

[1] Hunc locum laudat etiam A. Dieterich *Mithrasliturgie* p. 43. — Simillimum est scholion ad Sophocl. Oed. Colon. 131 sqq., quo verba supra p. 65 allata explicantur: Ἀφώνως, ἀλόγως· παριόντες, φησί, ταύτας τὰς θεὰς (scil. Εὐμενίδας) οὐδενὸς λόγον ποιούμεθα, ἀλλὰ σιωπῇ ἔχομεν, ἐν ἑαυτοῖς δὲ μόνον καὶ κατὰ διάνοιαν εὐφημότερον διαλεγόμεθα. Manifestum est scholiastam non opinionem temporum Sophoclis (de ea velim conferas supra p. 65) tradere, sed suae ipsius aetatis. — Multos locos ad mysticum silentium spectantes laudat H. Koch libro supra p. 50 ann. 8 laudato p. 128 sqq., quorum ex numero affero Philonem, de profug. 24 (I 565): Ἄριστον ἱερεῖον ἡσυχία, Poemandrum I 31 (ed. R. Reitzenstein p. 338, 10 sqq.): Λέξαι λογικὰς θυσίας, ἁγνὰς ἀπὸ ψυχῆς καὶ καρδίας πρός σε ἀνατεταμένης, ἀνεκλάλητε, ἄῤῥητε, σιωπῇ φωνούμενε. Praeterea cf. de mystico silentio Chr. Lobeck *Aglaophamus* p. 67 et Joh. Dethlev *Silentium sacrum sive de occultatione mysteriorum apud veteres christianos*, diss. Kiloniensis 1689.

[2] Vide supra p. 47.

[3] Cf. Martyrium Petri p. 96, 16 Bonnet, quem locum inveni apud R. Reitzenstein *Poimandres* p. 264 ann. 3: Ἐκείνῃ τῇ φωνῇ εὐχαριστῶ σοι, βασιλεῦ, τῇ διὰ σιγῆς νοουμένῃ, τῇ μὴ ἐν φανερῷ ἀκουομένῃ. — Secundum Plotinum Ennead. V 16 deus implorandus est οὐ λόγῳ γεγωνῷ. Procli et Ps. Dionysii locos supra allatos recepi ex H. Koch l. c. p. 130, ibidem affertur Procl. in Plat. Theaet. II 9 p. 106: Σιγῇ τὸ ἄῤῥητον ἀνυμνεῖν, III 7 p. 132: Αὕτη μὲν (scil. ἡ πηγὴ θεότητος) ἡμῖν σιγῇ καὶ πρὸ σιγῆς ἑνώσει τιμάσθω. — De tacito cordis sermone recte dicit R. Reitzenstein *Poimandres* p. 264, ann. 3: *Es ist unberechtigt, wenn man von theologischer Seite jede Erwähnung einer solchen*

Mystica quadam inflammatione animi adducti et divino spiritu quasi afflati omnes illi quos attuli scriptores ethnici tacitam precationem praedicabant, qua ardor animi eluceret[1]. Easdem vero tacite precandi causas atque illi afferunt Christiani et saepe eisdem aut similibus verbis. Clemens Alexandrinus tacitam precationem commendat, qua animus precantis deo narret[2], dum vox cum hominibus solis communicet. Nam animus hominis ad deum se vertens labiis precantis compressis omnia ad deum perfert voce animi propria. Strom. VII 43 (856 Pott.): *Εἰ δὲ ἡ φωνὴ καὶ ἡ λέξις τῆς νοήσεως χάριν*

---

stummen Sprache des Herzens als pythagoreisch bezeichnet. Sie gehört zu den allgemeinen religiösen Vorstellungen der Zeit. Wenn der Verfasser der Naassenerpredigt in dem angeblich anakreonteischen Liede: ἀλάλῳ λαλοῦν σιωπῇ liest, so folgert er sofort, daß es sich um ein Mysterium handelt. Idem ad verba *ἀλάλῳ λαλοῦν σιωπῇ* laudat p. 91, ann. 2 Anthologiam Palatinam VII 193, 4 et 641, 2: *Ἀγλώσσῳ φθεγγόμενος στόματι.* — De Christianorum tacitis precationibus eisque mysticis vide O. Zöckler *Askese und Mönchtum* I p. 247: *Herzensgebet (oratio mentalis, supernaturalis).... (Der stillen Betrachtung, Kontemplation) sieht man besonders die mystisch gerichteten Asketen sich befleißigen, welchen die äußerliche Weise des oftmaligen lauten Betens (der oratio verbalis, vocalis) nicht genügt.* Idem p. 248 ostendit iam in Iustiniani legibus claustra nominata esse *φροντιστήρια* et *ἡσυχαστήρια.*

[1] Cf. P. Wendland *Die hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Judentum und Christentum* 1907 p. 48: *Schweigen das Zeichen innerer Ergriffenheit.* Laudat Musonium (ed. Hense) p. 130sq., quo loco legimus: *Quisquis ille est, qui audit* (scil. *philosophum*), *nisi ille est plane deperditus, inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est et pudeat tacitus et paeniteat.* Gellius Noct. Atticae V 1, qui locum excerpsit Musonii, laudat Hom. Od. XIII 1sq.: *Ὣς φάτο, τοὶ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, | κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.* — Tacite quoque legunt homines valde commoti, quod vulgato veterum mori plane contrarium est. Cum Augustini verbis: *Legi in silentio capitulum* (Sudh. p. 191) H. Schöne confert locum, quem auctoritate eius repeto, Ptolemaei *περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ* p. VIII Hanow: *Κατὰ τὰς ἀναγνώσεις αὐτάς, ἂν σφόδρα τισὶν ἐπιστήσωμεν, ἡσυχίαν ἄγομεν.* Contra clara voce legitur Oribas. I 463 Daremberg: *Ἀναγιγκώσκειν ἀκουστόν.*

[2] Patres ecclesiastici ludicris istis, ne dicam oxymoris favent, ut nos quoque dicimus *Beredtes Schweigen.* Ethnicorum conferas Philostratum vit. Apollon. I, 1: *Ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος,* et VI 11 *σιωπῆς λόγον.* Plotin. Ennead. VI 7, 34 *σιωπῶσα λέγει.* Hos locos invenies apud H. Koch l. c. congestos. — Cf. Catull. VI 7: *Tacitum cubile clamat.*

δέδοται ἡμῖν, πῶς οὐχὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ ἐπακούει ὁ θεός . . .; ὅθεν τὰς πολυφώνους γλώσσας οὐκ ἀναμένει ὁ θεὸς καθάπερ οἱ παρὰ ἀνθρώπου ἑρμηνεῖς, ἀλλ' ἁπαξαπλῶς ἁπάντων γνωρίζει τὰς νοήσεις, καὶ ὅπερ ἡμῖν ἡ φωνὴ σημαίνει, τοῦτο τῷ θεῷ ἡ ἔννοια ἡμῶν λαλεῖ . . . ἔξεστιν οὖν μηδὲ φωνῇ τὴν εὐχὴν παραπέμπειν συντείνοντα, μόνον δὲ ἔνδοθεν, τὸ πνευματικὸν πᾶν εἰς φωνὴν τὴν νοητὴν κατὰ τὴν ἀπερίσπαστον πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφήν. Strom. VII 39 (854 Pott.): *Ἔστιν οὖν ὡς εἰπεῖν τολμηρότερον ὁμιλία πρὸς τὸν θεὸν ἡ εὐχή, κἂν ψιθυρίζοντες ἄρα μηδὲ τὰ χείλη ἀνοίγοντες μετὰ σιγῆς προσλαλῶμεν, ἔνδοθεν κεκράγαμεν*[1]. Hieronymus quoque mutam praefert precationem vocali, cum ad verba evang. Matth. VI v. 6 annotat quae sequuntur[2]: *Hoc simpliciter intellectum erudit auditorem, ut vanam orandi gloriam fugiat. Sed mihi videtur hoc magis esse praeceptum, ut inclusa pectoris cogitatione labiisque compressis oremus Dominum, quod et Annam in Regum volumine fecisse legimus: Labia, inquit, eius tantum movebantur* (I Reg. 1, 13)[3]. — Et Tertullianus de oratione 17: *Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est*[4], *sicut conspector. Daemonium oraculi*

[1] Martianus Capella II p. 50 (Eyssenhardt) fingit *Philologiam virginem diu silentio deprecatam veterumque ritu vocabula quaedam voce mentis inclamasse.*

[2] Migne Patrol. ser. lat. XXVI.

[3] Hoc de loco velim conferas S. Sudhaus p. 187 sq.

[4] Cf. Cyprian. de orat. dom. c. 2: *Quia deus non vocis sed cordis auditor nec admovendus est clamoribus, qui cogitationes hominum videt.* Vide S. Benedicti abbatis Anianensis codicem regularum (Migne Patrol. ser. lat. 103) p. 619: *Melius . . est corde orare cum silentio sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis; quia non verba deprecationis Deus intendit, sed cor orantis aspicit.* — Ibidem p. 692 (ex admonitione Sancti Basilii episcopi ad filium spiritualem): *Non clamore vocis orabis eum, qui occultorum est cognitor, sed clamor cordis tui pulset aures eius.* — Cassianus collat. IX c. 35: *Clauso oramus ostio, cum strictis labiis omnique silentio supplicamus non vocum sed cordium scrutatori. In abscondito oramus, quando corde tantum et intenta mente petitiones nostras soli pandimus deo.* Augustinus de civ. dei XX 8 Domb.: *Meque gaudente et apud me gratias deo agente.*

Pythii, Et mentem, inquit, intellego, et non loquentem exaudio[1]. *Dei aures sonum exspectant? . . . Quid amplius referent isti, qui clarius adorant, nisi quod proximis obstrepant?*[2] Cyprianus de oratione dominica c. 2: *Non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus nec petitionem commendandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate iactare* etc.[3]. Macarius homil. 6: *Qui accedunt ad dominum, debent in silentio, pace et tranquillitate multa preces fundere, nec uti clamoribus parum decentibus et confusione plenis*[4].

---

[1] Herodot. I 47: *Καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.*

[2] Cf. Cassianus instit. II 10, qui clara voce precantem peccare contendit: *Quod indisciplinato strepitu alterius quoque, qui forsitan intentius orare potuit, intercipit sensum.* Velim conferas S. Benedicti abbatis Anianensis codicem regularum, de quo imprimis egit L. Traube. Nam Benedictus cum hauriat e regula Cassiani locum modo laudatum affert (Migne Patrol. lat. CIII p. 934). Praeterea Cassianus collat. IX c. 35: *Cum summo est orandum silentio, non solum ne fratres adstantes nostris susurris vel clamoribus avocemus et orantium sensibus obstrepamus.* Addas eiusdem c. 36 et locum Caesarii Arelatensis, quem laudat Migne in editione Cassiani ad verba modo exscripta: *Antea omnia igitur, fratres carissimi, quoties orationi incumbimus, cum silentio et quiete mentis et corporis supplicare debemus. Quicunque volunt cum alta voce orare, omnibus iuxta se stantibus orationis fructum videntur auferre.*

[3] Cf. Cyprianus de orat. dom. c. 2: *Sit autem orantibus sermo et precatio cum disciplina, quietem continens et pudorem. Cogitemus nos sub conspectu dei stare: placendum est divinis oculis et habitu corporis et modo vocis. Nam ut impudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo modestis precibus orare.* — Ambrosius de virginit. III: *An quicquam indignius est, quam oracula divina circumstrepi, ne audiantur, ne credantur, ne revelentur, circumsonari sacramenta confusis vocibus; aut impediatur oratio pro salute deprompta omnium, cum gentiles idolis suis reverentiam tacendo deferunt?* — Ad. Franz *Die Messe im deutschen Mittelalter* 1902 p. 618sqq. laudat Pseudo-Alcuinum de divinis officiis c. 40: *Consuetudo . . . ut tacite ista obsecratio atque consecratio a sacerdote cantetur.* Idem p. 625: *Darum ist auch heute noch die vom Konzil von Trient erneuerte Vorschrift des stillen Betens des Kanons zweckentsprechend.*

[4] Cf. Cassianus cum coll. IX 25 tum instit. II 10: *Per ineffabilem quendam gemitum ex intimis pectoris sui conclavibus evaporare conatur, qui precatur ea, quae ignita mens in semet ipsa non praevalet continere.* Etiam atque etiam auctores christiani postulabant, ut preces cum silentio,

Valafredus Strabo de rebus ecclesiasticis c. 12: *Brevis et pura debet esse oratio, et non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus et non in clamosa voce, sed in lacrimis*[1] *et in intentione cordis.* — Facile tacitarum precationum exempla cumulari possunt. At iam desistendum erit, cum satis ostenderimus, quod nobis propositum erat[2].

---

sine clamoribus fierent. Quas adhortationes necessarias fuisse intellegimus, cum e. g. legimus Augustin. Civ. dei XXII 8 Domb.

[1] Gentilibus quoque, quorum precibus interdum ab insciis ardor animi abiudicatur, precationes cum lacrimis fusae bene notae erant. Testimoniorum duo priora Sudhausio debeo: Hom. Il. VIII 364 de Hercule: *Ἤτοι ὁ μὲν κλαίεσκε πρὸς οὐρανόν*, Apuleius Met. XI 1: *Lacrimoso vultu apprecabor*, Met. XI 24 ante precationem: *Lacrimis obortis singultu crebro sermonem interficiens et verba devorans aio.* Met. VI 2: *Tunc Psyche pedes eius advoluta, et uberi fletu rigans deae vestigia, humumque verrens crinibus suis, multiiugiis precibus editis veniam postulabat.* Lucanus Pharsal. II 30: *Hae lacrimis sparsere deos.* Contra lacrimas precantium improbat Seneca ep. 77, 12: *Quid fles? quid optas? perdis operam.* Porphyrius ep. ad Marcellam 19: *Οὔτε δάκρυα καὶ ἱκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσιν.* — Multo magis quam gentiles Christiani agunt de precibus cum lacrimis fusis. Augustinus de civit. dei XXII 8 p. 569 Domb.: *Coepit orare. Quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluvio lacrimarum, quibus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra eius et paene intercludentibus spiritum, quis ullis explicat verbis?* Cf. Tertullian. de paenitentia 9; Cyprian. de laps. 4 sqq., 35 sqq. Von der Goltz *Das Gebet in der ältesten Christenheit* p. 171. Migne Patrol. ser. lat. CIII p. 620 (e codice regularum Benedicti): *Cum in oratione adsistimus, gemere et flere debemus.* p. 929: *Et non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus.*

[2] Toto opusculo meo absoluto librum cognovi Rudolfi Helm *Lucian und Menipp* 1906, qui p. 91—93, p. 121 sq. sententias philosophorum de precibus et sacrificiis prolatas tangit nec non complures locos qui me effugerant addit.

Index nominum

Achilles Tatius pag. 60, 2
Aeschylus 7
Alcibiades Pseudoplat. 15 seqq., 26, 28
Alciphro 65
Alcuinus personatus 70, 3
Ambrosius 70, 3
Ammonius 54
Antisthenes 9, 6
Apuleius 14, 1; 58, 3; 61, 62, 71, 1
Apollonius Tyanaeus 3 seq., 6, 6; 41, 66
Apratrat 15, 1
Ἀφροδίτη ψίθυρος 55
Arcesilas 16
Aristaenetus 57, 1; 62
Aristoteles 17 seq.
Arnobius 31, 4; 33, 2
Athanasius 57, 1
Athenodorus 56
Augustinus 21, 32, 1; 68, 1; 69, 4; 71, 1

Basilius 57, 1; 69, 4
Benedictus 69, 4
Bias 40 seq.
Boethius 40, 3

Caesarius Arelatensis 70, 2
Carneades 25, 4
Cassianus 15, 1; 59, 2; 69, 4 70, 2; 70, 4
Catullus pag. 58, 68, 2
Charondas 40, 2
Chrysippus 25
Cicero 21, 1; 22, 4; 25, 36, 6; 58
Cleanthes 25
Clemens Alexandrinus 12, 2; 14, 1; 15, 1; 39, 2; 54, 7; 68, 69
Crates 10
Cynici 9 seq.
Cyprianus 15, 1; 69, 4; 70, 70, 3
Cyrenaici 9

Damascius 67
Democritus 3, 20
Demonax 9, 6
Demophilus 39, 4
Dio Prusensis 44, 5
Diogenes Cynicus 3, 10
Dionysius personatus 50, 8; 54, 7; 67
Diotogenes 40, 2

Epictetus 36 seq.
Epicurus 3, 1; 20 seqq., 35
Ἑρμῆς ψιθυριστής 55
Eryxias 5
Euripides 4 seq.
Eusebius 62
Εὔφημος ἥρως 65, 4

Gregorius Nyssenus 15, 1; 66, 3

Hecato pag. 25
Heraclitus 3
Hermarchus 24. 48
Herodotus 60, 60, 2; 70, 1
Herondas 56, 1
Hesiodus 11, 1; 14, 1
Ἡσυχος ἥρως 65. 4
Hierocles Neo-Platonicus 19, 5; 39
Hierocles Stoicus 37, 4
Hieronymus 17, 1; 22, 4; 69
Hippolytus 60
Homerus 1 seq.; 68, 1; 71, 1
Horatius 26, 1; 27, 6; 30, 1, 2; 33, 3; 60, 61, 63, 64

Iamblichus 13, 2; 48 seq.; 52
Iamblichus personatus 49 seqq.; 52, 67
Ioannes v. Cassianus
Isocrates 20, 1
Iustinus 59, 1
Iuvenalis 28 seqq.; 57, 3; 59, 3

Lactantius 30, 5; 31
Laverna 55
Livius 62
Lucanus 57, 61, 62, 63, 71, 1
Lucianus 15, 1; 26, 5; 43 seq.; 60

Macrobius 56
Marcus Aurelius 38
Martialis 57; 58
Martianus Capella 69, 1
Martyrium Petri 67, 3
Maximus Madaurinensis 57, 3
Maximus Tyrius 2, 1; 8, 2; 39, 2; 39, 4; 42 seq., 61
Menander 60
Metrodorus 24
Musonius Rufus 36, 68, 1
Muta dea 64

Naasseni 67, 3
Nicomachus Gerasenus 62
Nonnus 63

Oribasius pag. 68, 1
Origenes 14, 1; 15, 1; 62
Orphei Argonautica 63
Ovidius 27, 5; 57, 58, 58, 3; 59, 61, 62, 64, 2

Paulus Diaconus 61, 1
Peripatetici 20
Persius 3, 26 seq., 57
Petronius Arbiter 26, 4; 56, 3
Philo Iudaeus 3, 14, 1; 67, 1
Philodemus 23
Philostratus 68, 2
Phintys 19, 5
Plato 10 seqq.; 17, 1
Plinius 20, 1
Plotinus 44 seqq.; 67, 3; 68, 2
Plutarchus 9, 4; 12, 1; 20 seq.; 26, 5; 43, 2; 56
Poemander 67, 1
Porphyrius 6, 6; 9, 4; 14, 1; 18; 19, 1; 20; 39, 4; 41, 2; 46 seqq.; 49, 66, 67, 71, 1
Posidonius 25
Proclus 52 seqq.; 67, 67, 3
Prodicus Ceus 5 seq.
Prodicus haereticus 9, 5
Prudentius 27, 1; 59, 3
Ψίθυρος ἥρως 55
Ptolemaeus 68, 1
Pythagoras 6, 6; 28, 3; 38 seqq.
Pythagorei 39 seqq.

Seneca 2, 5; 21, 27, 6; 29, 1; 30 seqq.; 55, 56, 57, 57, 2; 60, 2; 64, 71, 1
Σιγή 64 seq.
Σιγηλὸς ἥρως 65, 65, 1
Silius Italicus 60, 63
Simplicius 28, 3; 54
Socrates 6 seqq.
Sophocles 56, 4; 65, 67, 1
Statius 60, 61, 2
Stilpo 10, 4
Stoici 25 seqq.
Susurri 64

Tacita dea pag. 64
Tertullianus 15, 1; 69
Theages 11
Theocritus 63
Theodorus 48, 9
Theophrastus Eresius 18 seqq.
Theophrastus Paracelsus 12, 7
Tibullus 58, 60, 62, 64, 2

Valafredus Strabo 71
Valerius Flaccus 57, 3; 60, 2; 61, 64, 2
Valerius Maximus pag. 7, 1; 28, 28, 3; 30, 1

Xenophanes 3, 1
Xenophon Atticus 8, 1
Xenophon Ephesius 58

Zaleucus 40
Zeno 25
Zenobius 59, 1

De poetarum Romanorum doctrina magica

II. Band
3. Heft

quaestiones selectae

scripsit

Ludovicus Fahz

1904 — 66 Seiten — ℳ 1.60

Des Verfassers Absicht ist es, die Poesie der Römer, soweit sie Zauberhandlungen schildert, durch die entsprechenden Stellen der griechischen Zauberpapyri zu erläutern. Da eine Behandlung aller hierher gehörigen Stellen den Rahmen einer Dissertation sprengen würde, hat er sich zeitlich auf die Dichter des ersten Jahrhunderts vor und des ersten Jahrhunderts nach Christo beschränkt, stofflich auf die Totenbeschwörung und den Liebeszauber. So behandelt Kap. I der Arbeit die *Necromantea*, Cap. II die *Ars amatoria magica*; Cap. III gibt nach einigen Bemerkungen über die Arbeitsweise der römischen Dichter in der Schilderung von Zauberscenen einen Kommentar zu der großen Totenbeschwörung in Lucans sechstem Buche der Pharsalia. Dabei wird der Nachweis versucht, daß Lucan eine den erhaltenen Zauberpapyri ganz ähnliche Textquelle benutzt hat.

De extispicio capita tria

II. Band
4. Heft

scripsit et imaginibus illustravit

Georgius Blecher

accedit de Babyloniorum extispicio

Caroli Bezold supplementum

1905 — 82 Seiten — ℳ 2.80

Der Verf. hat sich die Aufgabe gestellt, die Eingeweideschau der Griechen und Römer in ihrem geschichtlichen Zusammenhang zu erklären. Im *ersten* Kapitel werden die Zeugnisse der Alten über die Ausübung des Extispiciums zusammengestellt und die Meinung Deeckes, daß die etruskisch-römische Haruspicin auf die griechische zurückgehe. und daß beide im letzten Grunde aus dem Orient stammen, widerlegt. Das *zweite* Kapitel bringt die Ansichten der Antike über Wesen und Wert der Eingeweideschau. Die eigenen Anschauungen des Verf. entspringen den Untersuchungen des *dritten* Kapitels. Babylonische, griechische, römische Extispicin sind in ihrer Entstehung unabhängig voneinander, die Eingeweideschau ist ein Volkergedanke. Er beruht auf der Vorstellung, daß der Gott, durch das Gebet gerufen, in dem Eingeweide des Opfertiers seinen Sitz nimmt, und daß man aus der Beschaffenheit der Exta erkennen kann, ob er in freundlicher oder feindlicher Absicht kommt. Hier im dritten Kapitel sind auch die antiken Darstellungen der Leberschau gesammelt, die in Abbildungen beigegeben werden. „Einige Bemerkungen zur babylonischen Leberschau" von C. Bezold machen den Schluß: sie stellen die vorhandene Literatur zusammen und weisen einer künftigen zusammenfassenden Darstellung der babylonischen Leberschau den Weg.

Die Götter des Martianus Capella

III. Band
1. Heft

und

der Bronzeleber von Piacenza

von

Carl Thulin

1906 — 96 Seiten — ℳ 2.80

Martianus Capella de nupt. Merc. et Philol. I. § 41—61 gibt eine Liste von Göttern, die von Jupiter aus den sechzehn Regionen des Himmels zusammengebeten werden. Der Verf. tritt in Anknüpfung an ältere Literatur den Nachweis an, daß dieses Verzeichnis eine Vereinigung astrologischer Elemente mit einer alten Liste etruskischer Götter ist. Für den etruskischen Teil ist der Hauptzeuge eine in der Bibliothek von Piacenza befindliche Leber aus Bronze, mit Regioneneinteilung und eingeschriebenen etruskischen Götternamen: diese Inschriften und die Namen bei Martian erklären sich gegenseitig. Als Autor, der dem Martian die etruskisch-astrologische Weisheit vermittelt habe, wird Nigidius Figulus angesprochen.

Fortsetzung auf der 4. Umschlagseite.

III. Band
2. Heft

De stellarum appellatione et religione Romana

scripsit

Guilelmus Gundel

1907 164 Seiten *M*

Der Verf. will die Vorstellungen der Römer von den Sternen schildern. Es we zunächst die Stern-Namen behandelt, dann die literarischen und monumentalen Z nisse für den römischen Gestirnglauben. Ausgewählt sind solche Sterne, deren Ken sich schon vor dem Eindringen des griechischen Einflusses nachweisen läßt, oder wenn auch erst durch die Griechen eingeführt, von Bedeutung für die römischen schauungen geworden sind. So werden besprochen in Kap. I die einzelnen Sterne Luc Vesper, Canicula, Arcturus; in Kap. II. die Sternbilder Septentriones, Iugulae, Vergi Suculae; in Kap. III die verwandten Himmelserscheinungen Stellae cadentes, St crinitae, Via lactea.

III. Band
3. Heft

Griechische und süditalienische Gebete, Beschwörungen und Rezepte des Mittelalters

herausgegeben und erklärt

von

Fritz Pradel

1907 159 Seiten *M*

Im Jahre 1895 hatte W. Kroll aus einer in Rom und einer in Venedig liegenden Handsc mittelalterliche Texte abgeschrieben, die zur Vertreibung von Dämonen, zur Heilung Mensch oder Vieh, und ähnlichen Dingen gut sein sollten. Der Sprache nach waren Exorzismen teils spätgriechisch, teils italienisch in griechischer Transkription. W. hat diese Texte an Fr. Pradel zur Bearbeitung überlassen: dieser legt sie hier in Ausgabe vor und erläutert sie in einem besonderen Kommentar. Die einzelnen Absch der Erklärung sind betitelt: Von den Nöten, von den Nothelfern, Populärmedizinis Magische Gebräuche. Die Arbeit will an einem konkreten Beispiel zeigen, in wel Anschauungskreisen derartige, stellenweise noch heute verwendete Formeln wurzeln.

IV. Band
1. Heft

Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus

scripsit

Henricus Schmidt

1907 78 Seiten *M*

Die Absicht des Verfassers wird durch den Titel gegeben: in doxographischer W werden die Aussprüche der Philosophen von Heraklit bis Simplicius zusammengest die von dem Werte des Gebets und der rechten Art zu beten handeln. Auch wird versu die Geschichte dieser Ansichten aus der Entwicklung der antiken Philosophie zu verst Am Schlusse werden in einem Supplementum anhangsweise diejenigen Stellen der phi phischen Literatur gesammelt, die von „lautem und leisem Beten" handeln; zugleic dies ein Nachtrag zu dem so überschriebenen Aufsatz von S. Sudhaus im Archiv für Wiss. IX 1906.

Sh.4.9.62

CIRCULATION DEPARTMENT

BL 25 R37 Bd.4 Heft 1

Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten

CIRCULATE AS MONOGRAPH

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY